dedecora censebantur nunc laude florescere, atque etiam cum potentioribus esse in gratia: Sacerdotibus divinam, quam a Christo Domino acceperunt, potestatem fere ademptam, aut certe magna ex parte imminutam: secularis potestatis arbitris, notorie refragantibus Constitutioni Unigenitus (spretâ piæ mem. prædecessoris Nostri Benedicti XIV. Encyclica, quam ipsi etiam confirmavimus) sancta Mysteria sacrilege administrata: Non aplus vos esse Ministros et dispensatores Mysteriorum Dei: prope jam omnem doctrinæ, morumque disciplinam vobis ereptam; quasi laicis non Episcopis docendorum populorum munus a Christo Domino fuerit demandatum, qui solos Apostolos alloquebatur cum dixit, = *qui vos audit, me audit; et sicut me misit Pater, et ego mitto vos* = Episcoporum voces usque adeo compressas, ut ne ad greges quidem sibi commissos saltem clamare possint, ut ab irruentibus lupis caveant: ipsas pastorales eorum literas igni traditas Carnificis manu, cum interea libertini, et Ecclesiæ hostes, connivente laicali potestate, venenatis probrosisque scriptis, Regnum istud complere non desinunt, quibus Apostolica Sedes, et Episcopalis ordo, cæterique sacri Ministri, et universæ Ecclesiæ divina auctoritas et potestas, uno verbo, Catholica Religio, sacrarumque rerum sanctitas, vel audaciter impugnatur, vel contumeliosis dictis, aut amaris irrisionibus impudenter proscinditur, et illuditur. Id nimirum contenditur, ut Episcopi taceant; et Christi Sponsæ crimini datur, si crudelibus, eruentisque percussa vulneribus, vel exiguam ac pene intermortuam ejulantis vocem emiserit. Interea hinc impietas Evangelio illudit impune; hinc Baij, Jansenij, et Quenelli errores adversus Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutiones caput jactitant suum, et Apostolicæ Sedi, atque ipsi universæ minitantur Ecclesiæ. Qui vero de tanta sacrarum rerum clade incommiscent, tamquam homines deliri, aut inani phantasmate perterrefacti irridentur: ac si quis zelo domus Dei incensus audacibus Jansenistarum, conatibus resistere instituat, is ut ambitiosus, et dominandi in Ecclesia Dei cupidus, malevolis de industria dissipatis rumoribus, rapitur in invidiam; interdum etiam tamquam capitalis homo, et publicæ tranquillitatis inimicus, vel ablatis pignoribus coercetur, vel pellitur in exilium.

§. 2. Illud vero dolorem Nostrum

B

Condoletr quod nonnulli

ex Episcopali Ordine plauserint laicæ potestati, Ecclesiasticam jurisdictionem invadenti.

acriorem facit, quod ex ipso Episcopali ordine homines extiterint, qui seculari potestati Ecclesiam invadenti, partim plauserunt, partim etiam suam operam præbuerunt, partim se, quod cernerent oculis, non videre simularunt. Quamquam hi quidem sunt paucissimi, cæteris Episcopis omnibus tantam indignitatem iniquissimo animo perferentibus: unde tamen fidelibus oblata est adeo gravis offensus, ut ex ipso Regno, celeriori in dies gradu, Catholica Religio recedere videatur. Etsi autem tantorum malorum proluvie, ut ex tuis Ven. Frater, aliorumque Coepiscoporum literis intelleximus, res saræ omnes isthic apud vos videantur esse de suo statu convulsæ, non est tamen abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat, neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiat.

Cur Sancta Sedes maluerit potius patientia sinem tot malorum expectare participat, Episcopum autem ad constantiam sollicitat.

§. 3. Nos quidem per hoc silentium, quo excepimus, et patienter tulimus gravissimas plagas, spe quadam adhuc lactati sumus, futurum ut inimicorum animi adversus Nos, et Ecclesiam incensi paulatim defervescerent. Sed Sancti verba Jacobi jure possumus usurpare = *Nonne dissimulavi? Nonne silui? Nonne quievi? et ecce venit super Nos gravior indignatio.* Eo tandem Nos adducent, ut veluti parturiens aliquando loquamur. Quisquam ne jure Nos posset repræhendere, si humanis omnibus lenitatis, et prudentiæ consiliis jam exhaustis, efficaciora, gliscentibus in dies Ecclesiæ vestræ inanis, meditaremur adhibere remedia? Te vero, Venerabilis Frater, quem zelo Dei probe novimus mirifice incensum, precamur, et obtestamur, ut in ea perdures constantia, qua ad omnes dimicationes pro Christo subeundas dudum ostendisti te paratissimum. Magnum profecto dedisti tuæ firmitudinis documentum, cum novissimam Pastoralem tuam omni præconio dignam, nullis deterritus quæ te circumsidebant periculis, edidisti, in qua fideles habent quo a venenatis hujus sæculi sensibus caveant, et sacræ veterum Antistitem eloquentiæ vim posterius depræhendent et mirabuntur. Nobis quidem ea lectio mirifice placuit, lætati que vehementer sumus, quod multiplicitate sit editione vulgatiore.

Laudat, quod contra pestiferum librum Assertionum Pastoralis sua Epistola alto clamaverit.

§. 4. De libro Assertionum quod ad Nos scripsit Fraternitas tua, et in memorata Pastoralis iteravit, librum illum esse pestiferum codicem, in quem conditores ejus omnia conjecere flagitia maximumque propterea, et evidentissimum fidelibus offerre periculum, et vernacula lingua conscriptum exi-

tiosissimum pabulum universo Christiano Populo obijcere, tibi plane assentimur. Auribus præterea Nostris bonorum omnium querelæ circumsonant, pluribus fallaciis consarcinatum, et dolis. Interea Deo gratulamur, te tantum Antistitem extitisse, qui invicto animi robore opposueris murum ex adverso, steterisque in prælio pro domo Domini. Denique te ob tuam fidem, gravitatem, constantiam, cæterasque tuas egregii animi virtutes quanta complectamur benevolentia, ut testimonium aliquod Fraternitati tuæ exhibeamus, mittimus ad te de Sacris Beati Francisci Salesii Reliquiis, ut cujus nomen, et præclaras doctrinæ, vigilantæ, mansuetudinis, et Episcopalis zeli dotes geris, ejus apud te habeas monumentum, quo semper recordere, cujus sis æmulator, et ejus utare patrocinio ad bene, ut facis, Episcopale ministerium obeundum. Tibique Ven. Frater, quem in visceribus charitatis gerimus, in summo nostri cordis affectu Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xv. Augusti MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno septimo.

CDXXIX.

Dat. die 22 Augusti 1704. Anno VII.

Aprobasse Constitutiones Monialium Ordinis S. Basilii Magni Monachis Græco Melchitis S. Joannis Baptistæ in Soairo subjectarum, Patriarchæ Antiocheno Græco-Melchitarum participat, eique Moniales ipsas comendat.

Litteræ Apostolicæ quibus approbantur Constitutiones harum Monialium re-latæ a Nobis sunt hujus Continuationis Tom. II. sub Num. CCCXIX pag. 315.

Venerabili Fratri Theodosio Patriarchæ Antiocheno Græco-Melchitarum

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Sacrarum Virginum cætus, quæ cum se Deo devoverint in Sancto Monasteriorum recessu divinarum rerum contemplationi vacantes, Angelicam vitam colunt, eximiam esse portionem Dominici Gregis, ad quam sedulo præ-

cæteris custodiendam cogitationes suas omnes conferre debent. Ecclesiæ Pastores, non ignorat Fraternitas tua. Ex quo intelligis, quam libenti Nos animo acceperimus, conditas esse Constitutiones, quibus uti debeant Moniales Ordinis S. Basili Græco-Melchitæ Congregationi Monachorum Græco-Melchitarum S. Jo. Baptistæ in Soairo subjectæ, ut ad earum normam Monasticam vitam suam exigentes, bono Christi odore, vestram Ecclesiam compleant. Eas Constitutiones cum Sacra Venerabilium FF. Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatio, Propagandæ Fidei negotiis preposita, sedulo examinaverit, et ut pie prudenterque compositas, et ad Monasterium regendum earumdem Monialium accomodatissimas approbaverit, Nos per alias litteras Nostras datas die xv. Novembris MDCCLXII. Apostolicæ auctoritatis Nostræ robore confirmavimus. Id te Ven. Frater ac libentius monere volumus, quod jucundum tibi fore novimus extare in illis Nostris literis præcipuæ charitatis Nostræ, qua Monasterium illud prosequimur, perpetuum monumentum. Te vero rogamus, ut easdem Moniales commendatissimas habeas, earumque religioni, pietati, et Monasticæ observantiæ quam potes plurimum faveas, et Monasterium illud tuo tuearis patrocinio. Et Fraternitati tuæ intimo Nostræ cordis affectu Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxii. Augusti MDCCLXIV Pontificatus Nostræ anno sexto.



CDXXX.

Dat. die 22 Augusti 1764. Anno VII.

Marix Theræsiæ Hungariæ Reginx Apostolicæ, Bohemiæ Reginx, et Imperatrici electæ participat, Pontificium assensum haud concedere potuisse nonnullis pactionibus noviter initis cum Republica trium Rhetix fœderum, Catholicæ rei adversis, et incolis illis gravissimis.

Carissimæ in Christo Filix Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginx Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginx Illustri, in Romanorum Imperatricem Electæ.

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Si quid unquam accidit in quo Regia Majestas tua præclaram alioquin erga Catholicam Fidem voluntatem suam possit adhuc facere insigniorem illud profecto est, de quo superiore mense Decembris ad Nos scripsisti; initas a Majestate tua cum Republica trium Rhetix Fœderum pactiones quasdam proxime elapso anno, et subinde mutuo partium consensu firmatas: inter earum Capitâ esse aliquot, quæ Apostolicam Nostram auctoritatem postulent, et consensum: Majestatem tuam enixe a Nobis petere, ut eosdem Articulos, quo plenum ut ais robor obtineant, Apostolica indulgentia assensuque Nostro confirmemus.

§. 2. Quibus Nos quantisque difficultatibus impediamur, quominus Regix voluntati tuæ obsequamur, facile tua Majestas intelliget ex alia Epistola vernacule conscripta, quam cum his literis complicatam mittimus. Non gravati sumus prolixè in ea Epistola singula quæque persequi, conatque sumus Regix Majestati tuæ declarare, quibus causis a consentiendo ejusmodi pactionibus deterreamur. Regiam Majestatem tuam quam maximo studio, et animi contentione rogamus, ut ipsa per te, diligenter ut soles, eam legas Epistolam. Profecto comperies, Catholicam Religionem magnum damnum ex iis Conventionibus esse facturam, et Vallis Tellinæ Incolis gravissimum durissimumque jugum imponi; ac propterea Nos, qui ex Apostolico munere Nostro, et prædecessorum Nostrorum exemplis, et rem Catholicam salvam,

Supplicaverat Imperatrix Regina Sænetam Sedem, ut hæc initas pactiones approbare dignaretur.

Pontifex significat se contemporaneis litteris vernaculo sermone conscriptis causas assignasse cur pactiones prædictæ approbari nequeant.

et incolumen conservare, eorumque libertatem tueri debeamus non posse sine animæ Nostræ pernicie, et Nostri nominis probro, in eas pactiones quocumque modo convenire. Quin imò Majestatem tuam in hujus laudis partem vocamus, ut pactiones ejusmodi, nimirum quantum pactionibus a gloriosis prædecessoribus tuis superiore sæculo initis, et ab Augustæ Mem. Carolo Patre tuo confirmatis adversæ, in irritum cadant. Nusquam alias, Carissima in Christo Filia Nostra, tantam adepta esse laudem videbere, quantam te consequi æquum est, si omnia ad capitulati quod vocant Mediolanensis normam exacta volueris. Sic enim, et Catholicæ Religioni, et Incolarum Vallis Tellinæ libertati, et præclaro prædecessorum tuorum nomini, et tuo in rem Catholicam studio apparebit Majestatem tuam voluisse consultum, cui omni cordis Nostri paterno affectu Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXII. Augusti MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDXXXI.

Viennensem Archiepiscopum certiorum facit, Apostolicum fuisse assensum denegatum quoad extinctionem Ordinis Canonorum Regularium S. Ruffi, eorumque bonorum applicationem militaribus Equitibus S. Lazzari.

De arbitraria suppressione Canonorum Regularium S. Ruffi, eorumque arbitraria incorporatione Equitibus S. Lazzari adsunt quamplures hujus Pontificis Epistolæ, relatæ in hac continuatione Tom. II. num. CLXXIV. CLXXV. et CLXXXV pag. 45 46 et 64 nec non num. CCCLIX et CCCLX pag. 385 et 386.

Venerabili Fratri Gullielmo
Archiepiscopo Viennensi in Delphinatu

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **P**actiones de extinguendo Ordine Canonorum Regularium S. Ruffi ejusque bonis Militari Ordini S. Lazzari

assignandis anno 1760 confectas examinari jussimus in Sacra Congregatione Consistorialibus rebus præposita, cujus sententia fuit, pactiones illas a Nobis minime approbari oportere. Hanc certum est Nobis omnino sequi sententiam, qui majoris esse roboris, quam ut vicini possint existimamus esse rationes, quas Fraternitas tua, alique Episcopi attulerunt ad illum Ordinem conservandum, qui Ordo si reformetur, et ad Conventualem vitam revocetur, plurimum potest Ecclesiæ Dei prodesse. Nimis præterea videbatur Nobis absurdum, et a Sacrorum Canonum sanctionibus alienum, ad seculares Equites, qui etiam Uxores habeant, bona traducere, quæ divino cultui religiosisque viris sustentandis fidelium pietas consecravit.

§. 2 Quamobrem Ven. Fratri Petro Archiepiscopo Colossensi Nostro, et hujus Apostolicæ Sedis apud Regem X^mum Nuncio mandavimus, ut Regiæ illius Principis Majestati eas rationes exponat omnes, quibus a concedenda gratia, quam rogabamur deterriti statuimus, nunquam ejusmodi pactionibus assentiri neque Apostolicæ auctoritatis Nostræ robor adiacere, quibus Ecclesia Dei, Divinusque cultus tantum caperet detrimenti: paratissimos vero Nos esse ad Nostram operam conferendam, ut Ordo S. Ruffi ad suum institutum revocetur; eandemque reformationem videri Nobis posse facile perfici, si ea reformandi ejus Ordinis ratio instituat, quam ipsius Regis, ut vocant Arresta, anno 1741 et 1759 edita exponunt, et si conspirantibus Episcopis, aliquæ saltem si non omnes illius ordinis Domus ad Conventualem vitam reducantur; cæterum pietati, et constantiæ tuæ Ven. Frater magna debetur laus, qui tanta strenuitate causam defenderis, in qua de Spirituali tuæ Diœcesis bono agebatur. Hanc laudem Fraternitati tuæ speramus fore perpetuam quem in eo tuendo Ordine imposterum, non dubitamus, eandem, quam adhuc ostendisti præstiturum esse constantiam, et Fraternitati tuæ eximie erga te benevolentie Nostræ pignus omni cordis Nostri affectu, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die XXII. Augusti MDCCLXIV Pontificatus Nostri Anno septimo.

suppressionem noluisse probare, cui resolutioni Pontifex est assensus.

Se promptam Pontifex declarat ut Canonorum Regularium S. Ruffi Ordo ad pristinam observationem revocetur.

Dat. die 22 Augusti 1764 Anno VII.

Exponitur Sacram Congregationem Consistorialem hanc

Dat. die 27 Augusti 1764. Anno VII.

CDXXXII.

Prævia confirmatione suarum literarum VII. Julii MDCCLXIII. super observantia Constitutionum Ordinis Fratrum Bethlehemitarum in Indiis, gesta in illius contemptum proscibit, novasque præbet Ordinationes pro pacè in Ordine ipso restituenda.

Literæ Apostolicæ quæ in hac Constitutione confirmantur, relatæ sunt hujus Continuationis Tom. II. sub Num. CCCLI. pag. 366.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Recensetur præcedens Constitutio hujus Pontificis, et quæ in illius contemptum deinde evenere.

§. 1. **A**lias ad supplicationem boni mem. Joannis Francisci, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Banchieri nuncupati, Ordinis Fratrum Bethlehemitarum nuncupatorum in Indiis Occidentalibus auctoritate Apostolica instituti, tunc apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem protectoris, emanarunt a Nobis literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet (omittitur tenor hujus Constitutionis jam a Nobis relatæ Tom. II. hujus continuationis sub Num. 351. pag. 366.) Nuper vero exposuit Nobis dilectus Filius Noster Antonius Andreas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Galli nuncupatus, ejusdem Ordinis Fratrum Bethlehemitarum apud Nos, et hanc Apostolicam Sedem modo Protector, quod novissime allatum fuit nuntium obitus Præfecti Generalis dicti Ordinis in partibus Indiarum interea sequuti, hinc autem plurimas perturbationes, ac scandala exorta fuisse propter officium, ut asseritur, Vicarii Generalis indebite, ac illegitime assumptum a Priore Conventus Guatimalensis Civitatis, qui nulliter, utpote non servata forma Constitutionum dicti Ordinis, ad id munus Prioris electus fuisse perhibetur; quumque præfatus Prior, sicut eadem expositio subjungebat, statim post assumptum Vicarii Generalis officium hujusmodi, innovationes anno MDCCLVII. adversus Ordinis Constitutiones invecas fovere, ac promovere, et nedum Convocatorias, sed etiam Prorogatorias Literas pro habendo Capitulo Generali, non servata forma earundem Constitutionum, expedire attentaverit, aliaque, ut pariter asseritur, peregerit, quæ maximum detrimentum, ac pernicem, et

penitus ruinam dicto Ordini inferre possent, nisi prompte gravissimis malis succurratur, et prompta atque opportuna adhibeantur remedia.

§. 2. Propterea pro parte dicti Antonii Andreæ Cardinalis, et Protectoris humiliter supplicatum fuit, ut *retentis, et confirmatis præinsertis literis Nostris, die VII. Junii præteriti anni MDCCLXIII. expeditis, in iis omnibus, quæ earundem substantiam respiciunt, nunc super illarum executione Apostolicæ auctoritatis Nostræ partes interponere non renuamus, ut in novo Generali Capitulo, anno MDCCLXVI. benedicente Domino celebrando, ii dumtaxat intersint, qui legitimo suffragii jure fruuntur, et ut observantia Constitutionum Ordinis in pristinum restituatur: Ut autem hæc omnia tutius, ac facilius ad executionem, et complementum perducere valeant, jus præsidendi dicto Capitulo, quod in præinsertis Nostris literis Venerabili Fratri Emanueli Archiepiscopo Mexicano tributum fuerat sub conditione, et in casu, quo Præfectus Generalis, vel per sui obitum Vicarius Generalis dicti Ordinis, ante dictum Capitulum non docuisset de abolitione omnium perniciosarum novitatum, ac restitutione observantiæ Constitutionum Ordinis in pristinum vigorem, hac sublata conditione propter mutationem deinde rerum statum, nunc libere, et absolute eidem Archiepiscopo cum necessariis et opportunis facultatibus elargiri, atque alias in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere dignemur.*

§. 3. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, dictas præallatas Nostras Literas, emanatas die VII. Julii anni MDCCLXIII., et in eis contenta quæcumque, quæ præsentibus similiter Nostris non adversentur, denuo confirmamus, et approbamus, illasque observandas esse volumus, et jubemus. Præterea dicto Venerabili Fratri Emanueli Archiepiscopo, et quatenus, quod Deus avertat, Sedes Archiepiscopalis Mexicana tunc vacans extiterit, Vicario Capitali ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ legitime deputato jus præsidendi auctoritate Nostra Apostolica dicto Generali Capitulo proxime habendo, veris existentibus narratis, eorumque veritate percertas et legitimas probationes comperita, concedimus; ac insuper, præter alias facultates, auctoritates in præcedentibus Nostris literis eidem jam attributas, ut hujusmodi Nostras in forma Brevis expeditas literas publicare, ac promulga-

Preces porrectæ pro renovandis dissolutis, et methodus habenda in nova Capitulo Generalis hujus Ordinis convocacione.

Præcedens Constitutio confirmatur, et Mexicano Archiepiscopo facultates tribuuntur præsidendi futuro Capitulo Generali, et inquirendi de gestis huc usque in præfata Constitutionis contemptum.

re; et suo *Decreto circumscriptis, et abrogatis omnibus novitatibus* adversus tenorem, et formam *Constitutionum* dicti Ordinis *invectis*, id ipsum *Superioribus, aliisque omnibus Fratribus* ejusdem Ordinis, tam in Urbe et Provincia *Mexicana*, quam in *Peruano Regno* existentibus *significare, ac notum facere*; Ut etiam ante *convocationem* proximi Generalis Capituli *cognoscere, examinare, pronunciare, ac definire de jure ac legitima qualitate, et potestate Superiorum, aliorumque obtinentium ea dicti Ordinis munera, quibuscumque in Capitulo Generali jus suffragii conjunctum esse solet, ac insuper supplere, et sanare omnes, et quoscumque defectus juris, aut facti, si desuper intervenerint, quoad eos, qui hujusmodi jure dignos in servandis Constitutionibus Ordinis, cæterisque Christianis virtutibus exercendis se probaverint, atque exhibuerint, è diverso contumaces, atque inobedientes, aliosque indignos repellere, ac remove, aliosque in eorum locum, ac munera substituere, prout eis in Domino expedire videbitur; ac ulterius sanare, et revalidare omnes, et quascumque Professiones a Fratribus dicti Ordinis interea temporis emissas in manibus Superiorum, quos nulliter ac illegitime electos fuisse constiterit.*

Itemque facultates impertiantur prælato Archiepiscopo prorogandi Capitulum Generale, aliasque provisiones capiendi.

§. 4. Ut demum *Capitulum Generale proxime habendum in Civitate Mexicana convocare, et, si necessarium, atque expediens fuerit, ad aliquod breve tempus pro prudenti ejus arbitrio, et conscientia prorogare, non obstantibus quibuscumque Convocatorii literis a Priore Conventus Civitatis Guatimalæ dicti Ordinis iterea expeditis, imo non obstante etiam celebratione ipsius Capituli, quæ earundem literarum vigore peracta fuisset, idem Capitulum rursus, ac de novo in eadem Civitate indicere, et congregare, ac in eo, pro eorum prudentia, pietate, et zelo, providere in Domino iis omnibus, quæ non solum respiciunt exactam in posterum observantiam Constitutionum dicti Ordinis, sed etiam æconomicam administrationem reddituum, elemosynarum, ac redditionem rationis juxta in dictis Constitutionibus præscripta, cæteraque omnia, ex quibus earundem Constitutionum observantiam in pristinum restitui, decus, ac quietem dicto Ordini reddi posse, in Domino expediens esse judicabitur, curare, ac providere possint, et valeant, eidem Venerabili Fratri Archiepiscopo Mexicano, et eo non existente, et viam universæ carnis ingresso, Vicario Capitalari*

prædicto, simili *Apostolica Nostra auctoritate, tenore præsentium, ac de plenitudine potestatis, pro hac vice dumtaxat, et ad effectum præfatum, damus, tribuimus, et elargimur.*

§. 5. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus iis omnibus, quæ in præcedentibus Nostris præinsertis literis non obstare volumus. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvii. Augusti MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Clausula sublatam irritans, et derogatio contrariorum.

CDXXXIII

Dat. die 30 Augusti 1764 Anno VII.

Comissio Episcopo Abderensi Suffraganeo Sabinæ, ut Cæsenam se se transferat, ad compescendos tumultus excitatos ex translatione arbitraria Corporis defuncti Episcopi Cæsena-tensis.

Venerabili Fratri Julio Mattheo Episc. Abderensi, Suffraganeo Sabinæ Nostro, et Apostolice Sedis Delegato

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. **D**ominici Gregis Nobis ex alto concediti pro Apostolicæ servitutis officio assidue excubantibus, nihil contingere potuit acerbius, nihilque, quod minus opinaremur, quam quod Civitas nostra Cæsena-tensis, in ambitu temporalis Nostræ ditionis posita, Nostrisque fere oculis subjecta, secum ipsa discors, in aperta dissidia prosiliret, contemptoque debitæ primùm Deo humilis devotionis, demissique famulatus obsequio, ac una simul excusso debitæ Nobis, et Ecclesiæ obedientiæ fræ-

Doluit quod Civitas Cæsena-tensis in dissidiis irreperit in contemptum devotionis Deo debitæ, et obedientiæ Sanctæ Sedi.

no, graves, ac turbulentos excitaret motus, cum damnabili quarumcumque legum injuria, honorum offensione, et publico tam finitimarum, quam longe dissitarum Gentium scandalo. Tacti zelo honoris Dei, tuendæque salutis animarum, et custodiendi pro viribus Ecclesiasticam Disciplinam, intimo cordis mœrore ingemimus, hæc a Nostris subditis attentari; dein coacti fuimus juste subirasci, ubi certis agnovimus indicia gliscentis intestinæ discordiæ causam eo magis esse execrabilem, quo eidem fucata, et inanis pietatis larva obtenditur a perditis Belial filis, qui credulis, et incautis virus Draconis in aureo calice Babylonis propinant.

§. 2. Satis jam constat Fraternitati tuæ non solum ex publico rumore, sed etiam ad Apostolicam hanc Sedem delatis, tibi que opportune traditis testimoniis, quanto animorum æstu, quantaque contentione pars una, et certe major dissidentis populi Cæsenatensis defuncti Episcopi sui Guidonis Orsellimores, ut ajebat, et irreprehensibiles, exactam in Episcopatu vitam impollutam, sanctitatem demum effuso præconio prædicaverit, non quidem in illius obitu, ut contigere solet, sed in novi Pastoris adventu, Ecclesiæ sibi concreditæ administrationem suscipientis. Novit etiam Fraternitas tua, majori longe impudentia a plerisque edita fuisse, et in publicas Notariorum tabulas ex industria relata fuisse multiplicia miracula, quæ a Deo ejusdem Episcopi Orsellii interventione patrata ferebantur, tamquam jure dici posset = *Deus est qui justificat, quis est, qui condemnet?* molliti videbantur sermones isti super oleum, sed revera eum in finem adhibiti, ut essent jacula alteri ejusdem populi parti, quæ tantæ virtuti, multoque magis Myraculis, fabulæ imaginem, ut plurimum præferentibus, adversabatur; probe intelligens, uni Judici Deo, et ejus sponsæ Ecclesiæ esse reservatam trutinam sanctitatis, nec datam carnali prudentiæ virgam super sortem justorum. Tandem latere te non debet, impudentissimos hujus studiosæ sanctitatis, et Myraculorum assertores, ad implendam mensuram scandalii, eo execrabilis audaciæ progressos fuisse; ut defuncti Episcopi mortales exuvias per vim, et inter frequentissimi ac tumultuantis populi clamores, eruere non dubitaverint e sepulcro aliorum Episcoporum Ecclesiæ Cathedralis, et in singularem Canonicarum quarumcumque legum, et præsentis Antistitis

Relert dissidiorum causas, et arbitraria atque scandalosa defuncti Episcopi corporis exhumatio a Sepultura in qua reperiebatur depositus, novaque tumultatio illius in aliam Sepulturam, et Ecclesiam.

contemptum, inferre in Regularem Ecclesiam S. Petri Martyris familiæ Dominicanæ, ibique sepulturæ demandare, postremæ huic tumelationi præcipue assistentibus Magistratu, ac dignitatibus deputatis a Capitulo præfatæ Ecclesiæ Cathedralis Cæsenatensis, nè qua esset solemnitas, in ipsa attentata corporis repositione desideranda.

§. 3. Supervacaneum ducimus circumspeditioni tuæ declarare quanta in uno facinore sint crimina! Itaque cum ingruenti crescentique in dies morbo, validiora quæque adhibenda sint remedia, ea diutius non protrahere deliberravimus, sed vindicem improbitatis gladium exerere contra eos, qui cæci esse volunt, et Duces cæcorum, ut virga atque correctis tribuat sapientiam prægressis quoscumque modestiæ fines, reparentur inflictæ vere pietati, et Ecclesiæ vulnera, taceant rixarum et novitatum amatores, debitus Superioribus Ecclesiasticis honor restituatur, mutata fiant labia dolosa, et demum dissipentur Vulpeculæ vineam Domini demolientes, specie quidem diversæ, sed caudas habentes invicem collicatas, quia ex odio, et malitia conveniunt in idipsum.

§. 4. Tibi itaque Ven. Frater, ad præsentiam Nostram accito, cujus in Apostolicis mandatis exequendis fidem, pastoralis officii nervosam sollicitudinem, in rebus agendis prudentiam cum laudabili Divini honoris zelo conjunctam, probatam habemus planeque compertam, per hæc scripta præcipimus, et mandamus, ut quantocius ad Cæsenatensem Urbem te conferas, commissionis tuæ inchoans primordia a reparanda attentata illa, nulloque pacto ferenda clamorosa translatione corporis defuncti Episcopi Guidonis, ausu nefario, et enormi, facta a populo cum insigni sacrorum Canonum contemptu, et aperta jurisdictionis Ecclesiæ injuria, cum piorum offensione, gravissimoque scandalo, quod in omnes Christifideles dimanavit. Volumus itaque, et expresse mandamus, ut idem corpus palam, et publice amotum e Cæsenatensium Episcoporum tumulto, in illum palam, et publice denuo inferatur, ibique immutationem expectans pacifice conquiescat.

§. 5. Auctoritate insuper Apostolica quam tibi plenissimam impertimar, et delegamus, præcipimus, quod subditorum Nostrorum supramemoratos excessus, debita, qua par est, poenarum coercitione vindices, et audaces filios, a concordi Ecclesiæ spiritu degeneres ad illius obedientiam, cultum et de-

Suum animum exprimit pro hisce scandalis corripiendis, et extirpandis.

Huic Commissario speciali in mandatis dat ut arbitrarie subtractum defuncti Episcopi corpus, ad pristinum restituatur sepulturam.

Insuperque maudat ut inquisitione præeunte, inobedientes, rixosos, et scandalosos quoscumque poenarum coercitione ad commissorum poenitentiam revocet.

votionem revoces, et in officio contineas. Porro etsi satis per se nota sit illorum temeritas, et audacia, nec ulla tergiversatione notorie gesta celari possint; volumus tamen, ut diligentem, et rigorosam super his omnibus inquisitionem adhibeas, clamorosos schismatis, rixarum, et jurgiorum auctores, eadem adhibita pœnarum severitate compescas: et si tibi certis constiterit indicis, palam in vulgus edita fuisse Myracula, vel minus probata, vel contra formam ab Ecclesiæ disciplina, et Sacrorum Canonum sanctione præstitutam quodque magis dolendum esset, studiose conficta ab iis, qui carnali affectu permoti, a veritate auditum averunt, et ad fabulas convertuntur, eosdem fictorum Myraculorum propagatores, collectores, testes, et damnabilis falsitatis quomodolibet complices solertissime detegas, detectosque eandem tibi tradita auctoritate rigide punias Ecclesiasticis, si opus sit censuris, pecuniariis pœnis, corporis afflictivis, privatione reddituum et officiorum, nullo habito discrimine personarum cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, etiamsi Regulares fuerint, ac speciali mentione dignæ, sublato prorsus cujuscumque reclamationis, recursus, ac appellationis diffugio.

§. 6. Quæ omnia in Apostolicis hinc Nostris literis contenta, ut Fraternitas tua nulla interjecta mora, nulloque obstante impedimento, strenue exequi possit, necessaria non deerunt Pontificiæ Nostræ auctoritatis præsidia, et adjumenta brachii secularis, quod tibi requirenti ab iis, quos spectat, incunctanter præstandum esse decrevimus. Volumus tandem, et expresse mandamus, ut cum primum ad Urbem Cæsensæ te contuleris, has ipsas literas Nostras, quatenus illarum ignorantia a nemine allegari possit, coram Capitulo, et Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, nec non coram prædictæ Urbis Magistratu, a te prius ad hunc actum interpellatis perlegantur. Deus interim pacis, qui habitare facit unius moris in Domo, saniora dissidentibus consilia inspiret, quibus redeant prævaricantes ad cor, tantotque faciliorem sibi comparent veniam per pœnitentiam, quanto graviora intulerunt damna per culpam. Confidimus, Cæsensates Cives subditos Nostros, filialis obsequii, et obedientiæ non prorsus immemores, Pontificiæ huic Nostræ voluntati non metu pœnarum, sed ipsa suadente conscientia, ultro obsequuturos ad sibi conciliandam illam

charitatem, quæ nusquam excidit ab amantissimi Patris sinu, quæve filios olim errantes, sed in gemitu ab errore redeuntes, patiens, et benigna complectitur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxx Augusti MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDXXXIV.

Dat. die 12 Septembris 1764.
Ann. VII.

Episcopum Basiliensem hortatur, ut e sua Diœcesi eliminet librum Justini Febronii.

De hoc ipsa perniciosi libri extirpatione consule epistolas supra relatas Num. CDXX. pag. 1. et adnotationem ibi appositam.

Venerabili Fratri Simoni Nicolao
Episcopo Basileensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **T**anta est tui, tuæque religionis, pietatisque fiducia Nostra, ut, cum veneficus liber Justini Febronii haud ita pridem prodierit in vulgus, non putavimus continuo tibi in primis addendos esse stimulos, quibus ad eum opprimendum, vel e Diœcesi tua eliminandum excitare. Et nunc has Fraternitati tuæ literas damus, magis ut intelligas de tua erga hanc Sacram B. Petri Sedem egregia devotione, et fide quæ Nostra sit opinio, quam quod te existimemus cohortationibus Nostris egeri. Satis ad eam pestem ovibus tibi commissis defendendam tua te sollicitat Episcopalis sedulitas, et vigilantia, tuusque erga Gregem flagrantissimus amor. Si quid autem tibi opus fuerit fecisse, aut facere, quo isthinc ejusmodi liber aut arceatur, aut de fidelium manibus excutatur, certiores ea de re Nos faciat Fraternitas tua. Jucundissimum enim Nobis erit novo argumento, Nostrum de tua Religione, custodiendique Gregis studio comprobari iudicium. Tibique omni nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die XII. Septembris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno septimo.

Apostolicæ Se-
dis assistentiam
Comissario
huic promittit,
cui ceteras
præbet instru-
ctiones ad opus
necessarias.

Dat. die 19 Septembris 1764.
Ann. VII.

CDXXXV.

Pastoralem Instructionem Episcopi Andegaviensis reprehendit, qua repro-
batus liber Assertionum non sine
universali scandalo laudabatur, eum-
que monet ut Pastoralem ipsam re-
vocet.

Venerabili Fratri Jacobo
Episcopo Andegavensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

Doleat de Pasto-
rali Epistola ab
hoc Episcopo
conscripta non
sine magno
cancetorum ho-
norum scandalo,
et offensio-
ne.

§. 1. Lecta Pastoralis Epistola, quam
ante hos septemdecim menses edidit
Fraternitatis tua, magnam mororem ce-
pimus, quod a recta via, in qua bene
currebas, ad devias semitas videris es-
se transgressus. Et Nostram quidem ægri-
tudinem spes quædam leniebat, futu-
rum ut clamoribus Ecclesiæ percussus
ad rectos Episcoporum Collegarum tuo-
rum sensus, unde digressus fueras, ali-
quando revertere. Sed quoniam voces il-
læ ad aures tuas videntur non perve-
nisse, Fraternitati tuæ tandem scribere
constituimus, ut per os Nostrum intel-
ligas, quæ admiratio Epistolæ tuæ, at-
que etiam tui, in gravissima re a fal-
laciis hominibus fortasse decepti,
et bonos omnes creperit miseratio. Has
autem literas Nostras te in bonam par-
tem confidimus accepturum, dicente
scriptura = *Vir prudens et disciplinatus
non murmurabit correptus = Et = qui
rectus est, corrigit viam suam =* Ad hoc
salutare tui commonendi officium Nos
impellit tam ipsa charitas Nostra, quam
tibi Episcopatus necessitudine Nobiscum
præcipue conjuncto debemus eximiam,
tum potissimum regendæ universalis
Ecclesiæ munus divinitus Nobis impo-
tum; cui putaremus magna cum ani-
mæ Nostræ pernicie deesse, si te non
bene incedentem taciti spectarem.

§. 2. Ac primum quidem quod in-
ter Episcopos numerabare, qui raptam
ad Tribunal, quo fas non erat duci ver-
ritatem, ac pene obrutam apud Regem
XNUM defenderunt, gaudebamus, te
in partem ejus laudis venisse, quam
præclari illi Antistites apud Ecclesiam
universam retulerunt. Nunc post editam
Pastoralem illam Epistolam tuam (quod
dolenter audimus) mirantur omnes, hanc
tuam agendi rationem, quod idem nunc
sciens, et prudens solemniter neget,

Bull. Rom. Tom. III.

quod haud ita pridem, causa cognita,
sciens itidem, et prudens sollemniter
affirmaveras.

§. 3. Deinde famosus Assertionum
liber ab iis consarcinatus, qui Ecclesiæ
sunt a multo tempore infensi, adeo tibi
probatum, ut bene et egregie factum
prædices, quod ad primarios Pastores
fuerit transmissus. Quo tamen nihil Epi-
scopis injuriosius, quibus quodammodo
vel socordia exprobratur, vel ignoran-
tia. Atqui non eras nescius, jam ab
Apostolica Sede, et a Gallicanis Epi-
scopis, pravas in doctrina morum pro-
positiones jamdiu fuisse proscrip-
tas. Factum illud eo minus decuit a te lauda-
ri, tum quod Nobis, et Episcopis in-
consultis, de rebus quodammodo præ-
judicatum fuerit, quæ ad Ecclesiæ tan-
tummodo iudicium pertinent, tum quod
etiam contra quam iisdem Episcopis
visum fuerit, et rationibus potissimum
ex famoso illo Assertionum libro peti-
tis, Clerici Regulares Soc. Jesu in isto
Regno fuerunt extincti. Huc accedit,
quod propositiones omnes ad immen-
sam molem in eo libro coacervatas vi-
deris nullo delectu, nullo adhibito dis-
crimine reprobare, eorum omnium ex
improviso immemor factus es, quæ in
eo libro gravissime reprehendenda ab
Episcopis Collegis tuis acceperas, qui
in eundem Assertionum librum con-
queruntur esse conjectas nonnullas opi-
niones in scholis communes, quasdam
etiam, quas fere innumeri sequuntur
Theologi, et Juris utriusque consulti;
tum, quod deterrimum est, quasdam
in erroribus numerari, quas inter theo-
logos omnes constat esse verissimas. Pro-
pter hanc tuam inconstantiam, qua te
ab Episcopis bene sentientibus segre-
gasti, et ob tuam omnem in hac re
agendi rationem vix credas, populo tuo
quantum objeceris scandalum, quod ut
quamprimum removeas, te in Domino
rogamus, et obsecramus.

§. 4. Nos quidem primum Dei mi-
sericordia confisi, quem impensissime
precamur, te ut divina luce sua col-
lustret, suæque gratiæ numine permo-
veat; deinde certiores facti a Christia-
nissimo Rege, perfacilem ad Episcopo-
rum Gallicanorum animos patere adi-
tum monitionibus Nostris, nondum ex
hac Sacra B. Petri Sede tollere volumus
Apostolicam vocem, cum præterea Spi-
ritus Sanctus Nos moneat = *Corripe
proximum antequam commineris =* Quod
si Nostris hisce adhortationibus, quas
testis est Deus ex amore erga te No-
stro unice proficisci, te, quod in Do-

Famosus As-
sertionum liber
laudandus non
erat quia jam
publice inno-
tuerat Sanctæ
Sedis improba-
tio cum univer-
so aliorum Epi-
scoporum at-
tensu.

Hortatur Epi-
scopum hunc,
ut pedem re-
trahat ab mi-
nos recta semi-
ta, et Divino
lumine collu-
stratus, ad me-
liora redeat
consilia.

mino confidimus, commoveri contingat, non tam tui causa, quam etiam Nostri gaudebimus, quod inde pedem retuleris, quo te progressum non oportebat; nec Nobis ea capere opus erit consilia, quæ a lenitate Nostra, ipsa Apostolici officii Nostri necessitas extorquebit. Tibique, Ven. Frater, Nostræ erga te benevolentia testem Apostolicam benedictionem peramanter imperitumur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIX Septembris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDXXXVI.

Clericis Regularibus Ordinis Ministrantium infirmis conceditur, quod omnes indistincte illius Professores sustentari valeant ex eleemosynis, et redditibus perpetuis.

Hanc Clericorum Regularium Congregationem approbavit Sixtus V. Constitutione anni 1586 Martii 18; itemque habitum peculiarem Clericis ipsis assignavit Pontifex idem Constitutione altera Anni ejusdem Julii 26. Regulas hujus Congregationis approbavit Gregorius XIV. cum gratiarum, et privilegiorum concessione Constitutione anni 1591 Sept. 21. Regulas ipsas reformavit pro Clericis istis in Hospitalibus, et extra eos degentibus Clemens VIII. Constitutione anni 1600 Decemb. 29. quæ omnes impressæ leguntur in bullario Mainardii.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Inter plurima, et egregia Christianæ charitatis opera, Regularibus specialibus attributa Ordinibus, quæ Catholicam undique illustrent Ecclesiam, id nimirum fidelibus dum formidabile instat momentum, a quo pendet æternitas spiritualia omnia præstandi auxilia præ cæteris eximium, magisque opportunum recensetur. Ut itaque de procuranda animarum salute adeo benemerens institutio alacrius, liberiusque in proposito perseveret, ejusque Professores temporalibus, quæ ipsis suppeditantur subsidiis, quovis sublato dis-

crimine, perfruantur, auctoritatis Nostræ vim præbere non omittimus prout in Domino amplius expedire arbitramur.

§. 2. Alias siquidem fel. rec. Gregorius Papa XIV. prædecessor Noster dum Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, quorum Ordo tunc primitus erat institutus, propositam illius alumnis vivendi formulam, Apostolicæ Sedis auctoritate confirmavit, in ea formula ita paupertatis observantia interpretata fuit, ut esset Religiosorum paupertas mendicantium eorum, qui nec singuli, nec universi fructus ullos ac redditus capiunt, quæ vero necessaria essent ea ex humili exercitio ostiatim mendicando, vel ex eleemosynis fidelium sponte oblati compararentur. Præterea Clemens Papa VIII. etiam prædecessor Noster in suis Apostolicis literis sub datum anno Incarnationis Dominicæ MDC. quarto Kalendas Januarii, Pontificatus sui anno nono, quibus Ordinem dictorum Clericorum Regularium infirmis ministrantium denuo approbavit, expresse statuit, eundem Ordinem capacem fore domini omnium bonorum stabilium, censuum, reddituum, legatorum, et aliarum subventionum tam temporalium, quam perpetuarum, quæ donatione, testamento, vel quoquomodo relicta fuerint, ad effectum tamen eadem bona applicandi pro sustentatione, et manutentione Novitiatum, et genegalium Valetudinariorum, ac etiam particularium, eleemosynæ nomine si necessitas flagitabit, dummodo domus professæ de eleemosynis viverent. Ac demum Urbanus Papa VIII. prædecessor itidem Noster per suas quoque literas sub datum anno Incarnationis Dominicæ MDCXXIII. undecimo kalendas Februarii Pontificatus sui anno primo, concessit quod ejusdem Ordinis Novitii ad Sacerdotium destinati, post emissam ab eis solemnem professionem quousque Presbyteri ordinarentur, in Novitiatum, aut aliis a Professorum distinctis domibus permanere, ibique non obstante paupertatis voto, ex redditibus, et proventibus perpetuis earundem domorum ali possent, prout in singulis literis præfatis plenius respective continetur.

§. 3. Cum autem sicut exhibitæ Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Gabrielis Marin de Moya moderani ejusdem Ordinis Præfecti Generalis, illiusque Consultorum, et Sociorum preces se habebant, ex quadam communi alias laudabile vivendi methodo, ac rerum temporalium vicissitudine, ita

Recensentur hujus Ordinis institutiones, Pontificis Constitutionibus approbatæ, vel declaratæ.

Exponitur methodus deinde introdueta pro Novitiorum, et Professorum sustentatione.

Dat. die 26 Septembris 1764.
Anno VII.

Hujus Regularis Ordinis laudes, et constans S. Sedis desiderium eidem gratificandi.

cogente factum fuerit, ut domorum omnium superiores, etsi in eis Professores degerent, indiscriminatim ex eleemosynis, et Ordinis redditibus alimoniam professorum, cunctisque domorum exigentibus consuluerint. Et quamvis id bona ut dicitur fide peractum fuisse non dubitetur, sive quia nullum distinctum Valetudinarium generale hactenus erectum fuerit, sive quia in singulis domibus senes inhabiles, et valetudinarii cum habilibus valetudinariis mansere, sive quia in literis prædicti Gregorii prædecessoris, ab eodem Clemente etiam prædecessore confirmatis, Præfecto, et Sociis dicti Ordinis permissum fuit, quod bona quaecumque pro domorum, vel oratoriorum, vel personarum inibi commorantium sustentatione per Christifideles donata, relicta, et legata eo ipso Apostolica auctoritate perpetuo applicata, et appropriata censerentur, sive quia quandoque ex aliorum prædecessorum Nostrorum liberalitate, et providentia nonnullis ipsius Ordinis Professorum domibus perpetui redditus, et proventus assignati fuere, sive quia in aliquibus locis ea conditione domus erigendi datum fuit, ut futuri earum alumni a publico saltem eleemosynarum quæstu se abstinerent, adeoque ea praxis consulendi Professorum sustentationi ex eleemosynis, et redditibus perpetuis, pia fidelium largitione relictis, vel douatis a Superioribus Generalibus, et Provincialibus, nec non Visitoribus minime improbata fuit.

§. 4. Nihilominus ad submovendam omnem dubietatis occasionem, quæ ex prædictis Clementis, et Urbani prædecessorum dispositionibus merito oriri potest, nec non consulendum eorum conscientiam tranquillitati, pro parte Gabrielis, et Consultorum, ac Sociorum prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut prævia absolutione a quovis reatu ex præmissis contracto, Ordini prædicto, qui juxta easdem Clementis, et Urbani literas, ut præfertur, capax dignoscitur perpetuorum reddituum, concedere dignaremur, ut ex iis, et eleemosynis indistincte illius Novitii, et Professores, tum nondum promoti, quam Presbyteri, nec non Laici sustentari valerent.

§. 5. Nos igitur ejusdem Gabrielis, et Consultorum, Sociorumque prædictorum votis obsecundare nimis congruum existimantes, et ad consulendum eorum, et totius Ordinis, ejusque Professorum conscientiam tranquillitati, utque illius Professores, absque assiduo

eleemosynas emendicandi onere, alacriores, magisque prompti sint in exercendis erga pauperes, et infirmos pietatis et charitatis operibus, prout eorum postulat instituti ratio, supplicationibus hujusmodi benigne inclinati, eundem Gabrielem, et Consultores, ac Socios, omnesque, et singulos ipsius Ordinis Professores, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa, ac etiam ob præmissa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium tantum consequendum, ac etiam a quovis reatu, et culpa præmissorum causa quomodolibet contracta, harum serie absolvimus, eisque, et eorum singulis pœnas quomodolibet incursas, penitus, et omnino remittimus, et plenarie condonamus.

§. 6. Porro eundem Ordinem, qui juxta enunciatis dictorum Clementis, et Urbani prædecessorum literas pro Novitiatum, et Valetudinariorum ac etiam Professorum usque dum ad Presbyteratum promoveantur sustentatione, et manutentione capax est omnium bonorum stabilium, censuum, reddituum, legatorum, aliarumque subventionum tam ad tempus, quam in perpetuum quomodo relictorum, et donatorum eodem prorsus dominio, tam ratione ipsorum bonorum, ut præfertur relictorum et donatorum, quam deinceps relinquendorum, et donandorum pro omnium indistincte Professorum, sive Sacerdotes sint, sive Laici, nec non omnium tam præsentium, et futurarum domorum, earumque stabilium, et Ecclesiarum sustentatione, et manutentione. Ita quod omnes, et singuli Professores ipsius Ordinis ex eleemosynis eque, ac redditibus, et proventibus perpetuis bonorum Ordini ipsi quocumque modo relictorum, et donatorum, seu relinquendorum, et donandorum, servato tamen paupertatis voto, juxta Concilii Tridentini decreta, sustentari valeant, capacem esse, et fore declaramus, et quatenus opus sit capacitatem hujusmodi ad præmissum effectum perpetuis futuris temporibus de Apostolicæ potestatis plenitudine plenarie concedimus, et indulgemus. Et nihilominus omnia, et singula privilegia, gratias, exemptiones, prærogativas, immunitates Ordini ipsi per dictum Gregorium, aliosque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, præcipue communicationes omnium

Insuperque indulget ut in posterum ex redditibus bonorum stabilium, et eleemosynis omnes indiscriminatim hujus Ordinis ali, et sustentari valeant.

Preces portectæ pro Apostolica dispensatione, quoties præcedentes Pontificæ Constitutiones male fortasse fuerint interpretatæ.

Pontifex remittit, et sanat quaecumque minus rectam interpretationem huc usque factam.

privilegiorum cum ordinibus mendicantibus concessa salva, et illesa esse, et fore statuimus, atque iterum Ordinis primodicti favore confirmamus, et approbamus.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes, præsentibus Nostras literas, et in eis contenta nullo unquam tempore sub ullis similibus, vel dissimilibus dispositionibus, et gratiarum revocationibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore emanandis compræhendi, sed semper ab illis excipi, et quoties eas revocari, alterari, limitari, vel derogari contingat toties in pristinum, et eum, in quo ante præmissa erant statutum restitutas, et de novo concessas esse, et fõre. Et ita per quoscumque Judices tam ordinaria, quam delegata auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Sedis Apostolicæ de latere Legatos, et Nuncios, et causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate ubique locorum, et in quavis instantia iudicari, censeri, et decidi debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus prædictis Gregorii, ac Urbani, et Clementis prædecessorum prædictorum, et aliis eorundem prædecessorum Nostrorum constitutionibus, et ordinationibus, literisque Apostolicis, primodictique Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et similibus Apostolicis literis quibusvis personis in contrarium præmissorum per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros sub quibusvis etiam insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 9. Volumus autem, quod earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo pro tempore existentis Præfecti Generalis Ordinis primodicti munitis, eadem prorsus fides in iudicio et extra illud adhibeatur,

quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutio- nis, remissionis, condonationis, declarationis, concessionis, indulti, statuti, confirmationis, approbationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei auso temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit iucursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXIV. ix. Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDXXXVII.

Dat. die 1 Octobris 1764. Anno VII.

Lingonensis Episcopi zelum comendat, quod firma voluntate, atque constantia restiterit auctoribus erumnarum in Gallicis Regnis, Sacramque Eucharistiam denegaverit refragantibus contra Bullam Unigenitus.

Vide supra Epistolam hoc Tomo III. relatum sub num. CDXXVIII pag. 9., et adnotationem in ea appositam.

Venerabili Fratri Gilberto
Episcopo Lingonensi.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Vehementer lætati sumus, cum intelleximus, Fraternitatem tuam suspicionem omnem ex animo expulisse; ac persuasisse per tuam, tuorumque Collegarum, qui beue sentiunt, agendi rationem Nobis probatam semper fuisse, et probari, qui in administrando SSmæ Eucharistiæ Sacramenti fel. rec. Benedicti XIV. sequutus Encyclicam, quam et ipsi confirmavimus notorie refragantibus Constitutioni Unigenitus semper existimaveris divinum illud pabulum denegandum, parvumque putaveris eorum consilium, qui pacis studium prætexentes, non dubitant falsam reipublicæ tranquillitatem indigna Augustissimi Corporis Christi profanatione coemere.

Approbat Pontifex quæ ab hoc Episcopo gesta sunt juxta præscriptam Encyclicam Benedicti XIV super observantia Constitutionis Unigenitus.

§. 2. Satis perspectum habemus, quanto Dei zelo flagrantem, et Aposto-

Laudat illius zelum, atque constantiam

Episcopo vere dignam, et quā tantomodo Religiosis res protuleri possunt.

licæ Sedis obedientiam animum geras, qui tuus sit in Ecclesiam amor: qui denique ex tot tantisque ab his annis quindecim S. Matri illatis injuriis cordi tuo hæreat dolor. Novimus, Fraternitatem tuam ab iis longissime abesse, qui medios se gerendo neque Ecclesiæ sibi gratiam parant, cui non eam omnem operam navant, quam eos Episcopale munus efflagitat, neque odium devitabunt hostium Ecclesiæ, quibus erit semper invisus quisquis animum non inducat cum illis omnino furere: ejusmodi Episcopos, qui se ad tempora inclinant, et media incedentes, via tueri volunt Ecclesiam, vel parum firmos in fide, vel in Ecclesia turpem quæstum sibi querere Gregorius Theologus judicabat. Itaque simplicitatem animi tui, ab humanis sæculi artibus abhorrentem, tum impavidum pectus, et Episcopalem constantiam magnopere amamus. Ex præclara illa Epistola, quam a Fraternitate tua in ipso Nostri Pontificatus exordio accepimus, jam tum conjecturam fecimus, inter cæteras virtutes, quibus emines Episcopo dignas, illam maxime præstare, qua fidem nullo cujusquam respectu constantissime defendendam suscepisti.

Sancta Sedes nunquam omisit sua consilia præbere Episcopis, eisque sequendam sententiam indicare.

§. 3. Quod autem ante hos tres annos scripsisse te intelleximus, interpositam esse inter Nos, et vos quamdam veluti nebulam, cujus interjectu neque vos amplius exploratum habere quid ipsi de novatorum hujus temporis sententiam erroribus, nec Nobis satis esse cognitos sensus vestros; veritatisque hostes jactare in vulgus, Nos tandem apertis oculis animadvertisse quam sint prædecessorum Nostrorum decreta adversus Bajum, Jansenium, et Quenellum vel Ecclesiæ perniciose, vel inutilia, satis eam nebulam disjectam putamus pluribus Nostris literis, quas superiore Nostri Pontificatus anno ad complures tui similes egregios Episcopos dedimus. In iis enim literis, et omnimodam Constitutioni Unigenitus deberi obedientiam, et qui illi notorie refragantur, ab Eucharistiæ Sacramento prohibendos esse diserte declaravimus; atque ita impudentissimam Nobis, et Ecclesiæ Romanæ temere impactam calumniam repulimus. Interea Deo gratulamur, qui longævam tibi prosperitatemque tribuit senectutem, ut diutius in hac vita certans in propugnanda vera fide bonum certamen, gloriores consummato cursu, recipias in futuro sæculo coronam, quam iis repromisit qui ascenderint ex adverso;

murumque opposuerint, ut starent in die prælii pro Domo Domini. Æterni hujus præmii auspiciem Fraternitati tuæ, quam in visceribus gerimus charitatis, Apostolicam benedictionem peramentem impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxxi Octobris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDXXXVIII.

Dat. die 4. Novembris 1764. Anno VII.

De eodem argumento agit cum Episcopo Sarlatensi, et Apostolicam Sedem vindicat ab injuriosa incusatione, quod ipsa neglexerit animi sensus patefacere contra injurias Ecclesiæ novationes inductas.

Vide Epistolam præcedentem.

Venerabili Fratri Henrico Jacobo
Episcopo Sarlatensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater
salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. De misero Gallicanæ Ecclesiæ statu semel primo in universum, deinde iterum ac tertio singula ejus mala fere omnia recensens scripsit ad Nos literas. Fraternitas tua, quibus eo gravius commoti sumus, quod cum aliis complures Collegæ tui, queribundi quidem, sed tamen plerique breviter summa miseriarum suarum capita attigerint, ipse singillatim proluxa narrationestrarum Ecclesiarum ærummas Nobis exposuisti. Et secunda quidem Epistola tua eorum, quæ in Gallicana Ecclesia ab Anno MDCCLV. ad hanc diem gesta sunt, historiam complectitur, ac præsertim docet, quibus causis, et quo potissimum auctore perturbatæ primum res sacræ apud vos, nunc denique in extremum sint deductæ discrimen.

Episcopum certiores facit de recepta proluxa narratione iugra vescentium malorum in Gallis ab anno usque 1755.

§. 2. De Enciclyca deinde fel. rec. prædecessoris Nostri Benedicti XIV. plura verba facis, Nostramque in hac perturbatione temporum agendi rationem non obscure Nobis innuis mollitiæ quodammodo insimulari. Ad hanc partem hujus Epistolæ tuæ modo respondebimus. Nam tertiam Epistolam tuam nunc ne attingimus quidem. In ea enim plena manu nefaria Janseniorum do-

De Jansenistarum invidiosis dogmatibus agit.

gmata, et quæ inde in totius Christianæ Religionis perniciem profluxerint, errores conguessisti, omnesque impios præstigos, turmissimæque Convulsionistarum et Fanaticorum flagitia longo sermone persequeris, magis ut Nos commoveas, quam quod talium rerum quasi ignaros commonendos Nos esse arbitrere. Atrociam enim isthæc et impia et flagitiosa apud vos doceri novimus jamdudum et geri. Quas fœditates cum legeremus, in mentem Nobis venit, Jansenianorum per simulationem pietatis jactare se volentium in Ecclesia, quam graviter superbiam Deus perculerit, et pestilentissimæ sectæ conatus ad hæc dedecora tandem rediisse permiserit, quasi dixerit Dominus = *Revelabo pudenda tua, et ostendam gentibus nuditatem tuam, et Regnis ignominiam tuam* =.

Comemorat
quæ hic Episcopus perscripserat quoad contemptores Constitutionis *Unigenitus*, et Encyclicam Benedicti XIV.

§. 3. Sed ad memoratam Epistolam tuam secundam ut revertamur, de Encicyca decessoris Nostri multa disseris, ac præclare tandem conclusis; in ea quicumque notorie Constitutioni *Unigenitus* refragetur, Sacramentis Ecclesiæ indignos pronuciari; ac propterea (quæ tua sunt verba) Epistolam Benedicti XIV in se consideratam, ringentibus fidei inimicis, et amicis tolerantiam, tutelam esse Constitutionis *Unigenitus* triumphum fortium, infirmorum ignominiam, condemnationem refractiorum = Nos idcirco eam confirmavimus; et ut omnem tolleremus dubitationem, quam veritatis hostes per summam in Nos injuriam injicere de veris animi Nostri sensibus conabantur; Catechismum Messanguianum solemniter postea condemnavimus, quod ita ægre tulerunt, ut dolori suo non potuerint temperare, quin ea condemnatione Quenelli librum novo ictu ab Apostolica Sede percussum, et Constitutionem *Unigenitus* novo robore munitam fuisse quiritaverint. Non est igitur, quamobrem tua Nos Fraternitas roget, quid de Jansenismo sententiamus.

Quas dedit instructiones cunctis in Gallia Antislitibus commemorat, ne videatur S. Sedem remedio vacua tot ingruentia mala reliquisse.

§. 4. Ad complures subinde Gallicanos Episcopos, qui de Ecclesiæ vestræ calamitate literis suis ad Nos detulere querelas, ita dilucide et diserte quasi tuum, quod Nobis suggeris, prævertendo consilium, respondimus, ut omnis de Nostra, Romanæque Ecclesiæ in scitis suis firmitate, atque constantia, procul ab omnium animis abesse debeat dubitatio: Constitutionem *Unigenitus* dogmaticum esse decretum cui debetur omnimoda obedientia: eidem

Constitutioni notoriæ refragantes, ab Augustissimo Eucharistiæ Sacramento repellendos: qui temere, et impudenter affirmant, Jansenismum inane esse phantasma, verumve figmentum, eos in Ecclesiam Dei esse injurios, et prædecessorum Nostrorum Apostolicis decretis petulanter illudere, quasi imaginarios errores proscripserint: in id primarios Pastores debere præcipuo studio incumbere, ut in suis Diocesis fideles moneantur, Nos prædecessorum Nostrorum decreta omnia tueri; ac præcipue Constitutionibus quæ Baij, Jansenii, et Quenelli errores condemnant omnem a fidelibus exigere obedientiam atque ad hunc modum in hac iniquitate temporum removendum censemus scandalum omne, quod veritatis hostes per varias adversus Nos obtrectationes, atque calumnias hæctenus objecerunt, ut eos trahant ad suas partes, et Romanæ Ecclesiæ faciant infensos.

§. 5. Quid igitur ipsi sentiamus satis sciunt Gallicani Episcopi, quid sibi, suoque quisque Pastoralis muneris debeant, itidem non ignorant. Si gravia sibi timeant, et atrociam, repetant animo, quid, quum Episcopalis Mysteriis initiarentur, Deo promiserint, vitamque Pastoribus esse propositam, angorem, periculorumque plenam, paratamque ad asperrima quæque preferenda pro Christo. Si qui eorum perpauca alio quam ad Dei gloriam, et incolumitatem Ecclesiæ spectantes, quæ sua sunt quæerunt, non quæ sunt Christi, qui in suis studiis corrupti, sequentes spiritum suum, seductionem cordis sui prophetant in Israel, populumque decipiunt et confidere faciunt in mendacio dicentes pax, et non est pax; pro iis Deum precamur, ut auferat ab eis spiritum hujus Mundi, compleatque cor eorum spiritu timoris Domini, qui per Prophetam minitabundus quondam Pastores Israel territabat = *Vae Pastoribus Israel qui pascebant semetipsos et gregem suum non pascebant. Ecce ego ipse super Pastores requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam, ut ultra non pascant gregem meum* =.

Quid perferendum, quid agendum ab Episcopis sit in gravi Religiosis conditione memoriæ revocat.

§. 6. De Clericis Regularibus Societatis Jesu. toto fere Galliarum Regno extinctis recte putas, Ven. Frater, in eorum calamitate Ecclesiam a suis hostibus accepisse gravissimam plagam: Proclivior sibi fore viam existimaverunt ad Ecclesiam Catholicam excindendam, si eam Societatem veluti munimentum suis conatibus oppositum fun-

Quantum Ecclesia habuerit calamitatem ab extinctione in toto Galliarum Regno Societatis Jesu, eam dolore recordatur.

ditus evertissent » aperuerunt super eam
 » os suum omnes inimici ejus : sibilaverunt , et fremuerunt dentibus , et
 » dixerunt : devorabimus : en ista dies ,
 » quam expectabamus : invenimus ; vidimus » et tamen patitur propter peccata nostra Deus iratus hunc inimicorum suorum triumphum : vide omnem fororem et universas cogitationes eorum adversus eam : labia illi insurgentium et meditationes eorum adversus eam tota die : sessionem eorum , et resurrectionem eorum videt , factamque illam videt eorum Psalmum , bonis omnibus interea complorantibus. **Judicia Tua Domine abyssus multa.**

De nuper evulgato Libro *Assertionum* agit, eumque ab Jansenistis consarcinatum fuisse condelet.

§. 7. Hæc dum scriberemus reddita est Nobis alia Epistola tua , data die XIV. elapsi Mensis Octobris , in qua fuse disseris de famoso libro *Assertionum* , quem plurimi Episcopi , itidem ut Fraternitas tua uno ore clamitant , ab infidelibus Jansenianorum manibus dolose consarcinatum , multas propositiones complecti , quarum partim sunt in scholis communes , partim fere innumeros sectatores habent Theologos , et utriusque Juris Consultos , partim etiam sunt apud Theologos omnes sine ulla controversia verissimæ. Nos præterea inhorruimus , perditissimam sectam , nullum ad animarum perniciem quam ille liber afferre potest , habuisse respectum ; et dum suum adversus Societatem Jesu dolorem ulcisceretur , non esse veritam fidelium oculis tam fœdam propositionum congeriem vernacula lingua exponere , quas oportebat in tenebris , in quibus jacebant , perpetuo delitescere. Magnum enim scandalum simplicioribus Hominibus offert notitia , fuisse in Ecclesia Doctores , qui pravas ejusmodi doctrinas tradiderint. Sed non animarum salutem Janseniani curant : id volunt quovis periculo , ut apud omnes , Clericorum Societatis Jesu obteratur existimatio.

Hunc hortatur Episcopum ut in suo zelo persistat , et in firma constantia adversus periculum militantia

§. 8. Reliquum est , ut te Venerabilis Frater , tuumque zelum , quod magnopere facimus , laudemus. Firmitudinem certe animi tui , et in tuenda veritate nullo cujusquam respectu Episcopalem libertatem maxime amamus ; idque vehementer cupimus , ut omnes Episcopi esse velint similes tui , et quod polliceris nullo periculo deterritum te facturum propediem , instructionibus evulgandis , populos quisque suos de erroribus moneant , quos veritatis inimici per incredibiles fraudes , et dolos in Ecclesia Dei nunc maxime student disseminare. Et Fraternitati tuæ , quam

præcipua charitate complectimur , omni cordis Nostri intimo affectu , Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die Decima quarta Novembris MDCCLIV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDXXXIX.

Dat. die 14.
Nov. 1764. An.
no VII.

De eodem argumento agunt præsentis literæ Archiepiscopo Turonensi directæ.

Vide Epistola n̄ superiorem , et adnotationem in ea appositam.

Venerabili Fratri Henrico
Archiepiscopo Turonensi

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Quod complures alii fecerunt Gallicani Episcopi , Fraternitas quoque tua deplorare apud Nos voluit clades , quibus per hos decem annos prolapsa Gallicana Ecclesia ne ad interitum ruat nunc maxime pertimescimus. Et omnium quidem vestrorum , culpam ærumbarum merito in Jansenianam hæresim confers. Quis enim est rerum hujus temporis tam imperitus , qui nesciat , perfidissimæ sectæ præstigiis , fraudibus , ac dolis corruptam apud vos esse Catholicæ fidei integritatem , Ecclesiæ divinam potestatem proculcatam , ac pene protritam , Episcopis servitutis jugum impositum , deleta fere omnia jura Ecclesiasticæ disciplinæ , sacros Ministros , qui sancta Mystera fideliter dispensare voverint , atrociter divexatos , Societatem Jesu in Gallia fere omni deletam , et ab ea extinguenda ad Ecclesiam , si fieri posset , et Sedem Apostolicam excidendam ; Jansenianorum auspiciatos esse furores , quam nefariis consiliis suis maximo esse impedimento perspexerant.

Ex Janseniana sectæ præstigiis , et fraudibus repetenda sunt irruentia malo contra religionem in Gallia.

§. 2. Et nunc gloriabundi sibi invicem gratulantur propositi sui tandem evasisse victores , et quod boni omnes Ecclesiæ filii dolent , id illi impotenti lætitia gestiunt , eam Societatem , quæ adversus quosque veritatis hostes , ac præsertim contra hujus ætatis novatores adeo strenue pugnavit pro Catholica

Ab ipsa Janseniana secta derivasse censendum est in Clericis Societatis Jesu nefariam proseriptionem.

fide, misere profligatam, sacra ejus vota impie proculcata et interdicta, ejus Instituti pietatem sacrilegis diceris, et maledictis proscissam; qui illud Institutum profitebantur partim solum vertere coactos, partim in suæ ipsorum Patriæ sinu ad peregrinitatem redactos, a sacris functionibus amotos, et suo spoliatos propemodum sacerdotio, hac, et illac vagos, egenos, et inopes, triste omnibus Ecclesiæ filiis, hæreticorum vero crudelibus oculis jucundum præbere spectaculum.

Janseniani cum Calvinianis conjuncti cuncta moluntur, adeoque Episcopali opus est firmitate, ad eorum impetum comprimendum.

§. 3. Hæc sunt Jansenianæ hæresis palmæ, hisque gloriosiores relaturas sibi blanditur, nisi Nos Deus aliquando respiciat = *Ova Aspidum ruperunt, et quod confotum est, erumpet in regulum* = et nunc videmur perfidissimam sectam videre extenta manu Calvinianam germanam sororem suam nutu appellare, secuta ut in istud redeat Regnum, quod Deus Ecclesiæ suæ tandem miseratus prohibeat, et vero prohibebit, qui super muros Jerusalem tam egregios Episcopos tui similes, Ven. Frater, custodes constituit, qui spiritu sapientiæ et fortitudinis, plene, nullisque perterrefacti periculis, tota die ac nocte non tacebitis. Quamobrem instructionem istam tuam, quam te paratam habere scribis, ne patiaris diutius ab Ecclesia desiderari. Fecere id alii VV. Fratres Collegæ tui. Nec aliter in hac iniquitate temporum defendi posse existimamus Catholicam fidem, quam si in suis quisque vestrum Diœcesibus, libertate Sacerdotali, populum doceat, quanto se scelere adstringat, qui Constitutioni Unigenitus refragando, Ecclesiæ auctoritatem contemnit; et qui notorie eidem dogmatico decreto resistit, indignum esse quem faciatis divinatorum Mysteriorum participem. Quod scribis ad tuendam in hac tanta perturbatione temporum Catholicam fidem, magna opus esse Episcoporum consensione, et firma concordia, nec quemquam melius quam Nos eam posse conglutinare, id sedulo fecimus, cum ad plurimum Coepiscoporum istius Regni literas respondendo, eorum pietatem, Dei Zelo, et fidei custodiendæ studium excitavimus, nec ullam occasionem præterire patiemur, quin eos ad concordiam inter se, et cum hac Sacra B. Petri Sede conjunctionem, a qua novatores eos student avellere, adhortemur.

Hunc Archiepiscopum hortatur ut in proposito suo evulgandæ Pastoralis persi-

§. 4. Te vero Ven. Frater, quem ea Sede, quam B. Martinus obtinuit, dignissimum esse singulares probant virtutes tuæ, egregia pietas, salutis ani-

marum tuæ fidei commissarum flagrantissimum studium, et cura præcipua, tum in defendendo Catholica fide, tuendisque Ecclesiæ divinis juribus invicta constantia, ut tamquam expressum Catholici Episcopi intuemur exemplar, sic omnibus te cumulabimus laudibus, si Pastoralis tua evulganda, tuarum Episcoporum virtutum novum exhibueris documentum. Et Fraternitati tuæ, quam in visceribus gerimus charitatis, Apostolicam benedictionem intimo Nostri cordis affectu peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub anno piscatoris die XIV. Novembris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

stat ad Galliarum Episcopos in unitate, et concordia confirmandos.

CDXL.

Dat. die 20 Novembris 1764. Anno VII.

Confirmatio literarum Urbani VIII, et Innocentii XI, nec non Sententiæ Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum, quoad Officium Procuratorum Generalium Provinciarum in Hispaniis, et Iudiis, et quoad Religiosos ex Hispanicis Provinciis ad Regiam Aulam Matriti se se conferentes pro agendis Propinquorum, vel Conjunctorum negociis.

Constitutio Innocentii XI. diei 17. Junii 1679. qua confirmantur literæ in forma Brevis Urbani VIII. dierum 28. Julii 1636., et 10. Decembris 1742. quoad Religiosos ex Hispanicis Provinciis ad Regiam Aulam Matriti accedentes, nec non tempus, et loca illorum immorationis, habetur impressa in Bullario Mainardi, ubi relatæ pariter sunt prædictæ duo literæ Urbani VIII.; at literæ prælaudati Urbani diei 5. Octobris 1643 quibus facultas tribuitur Ministro Generali, et Commissario Generali prorogandi tempus habitationis prædictorum exteriorum Religiosorum, non reperiuntur in Mainardiana Collectione, ubi pariter desiderantur literæ Innocentii XI. diei 7. Novembris 1679. quibus præcedentes Urbani VIII. confirmantur quoad dictam facultatem tributam Ministro, et Commissario Generalibus hujus Ordinis.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Lutre Frater ex-

Urbanus VIII. præscripsit quod Religio-

si hujus Ordinis ad Aulam Regiam Matriti se se conferentes stato tempore dumtaxat diversare possent in Conventibus Sancti Ægidii, et S. Bernardini.

presse professus, et Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum quod alias felic. record. Urbanus VIII. prædecessor Noster, per suas in simili forma Brevis expeditas literas die xxviii. Julii anno MDCXXXVI Motu proprio, et ex certa scientia Fratribus Discalceatis cujusvis Provinciæ Hispaniarum dicti Ordinis, qui pro tempore de Superiorum suorum licentia, se conferrent ad Aulam Regiam Matriti pro rebus, et negociis suis gerendis, præcepit, ne in alia quam S. Ægidii et S. Bernardini Domibus Regularibus ejusdem Ordinis, et Instituti in Oppido Matriti, Civitate nuncupato, Toletanæ Diocesis existentibus, arbitrio Ministri Provincialis Provinciæ S. Josephi eorundem Fratrum, diversarentur. Cum vero postmodum existens Minister Generalis dicti Ordinis Frater Joannes Merinero, inter alia statuerit, ac ordina-verit, quod Religiosi Discalceati exteri aliarum Provinciarum, qui in dies pro suis, ac suorum Parentum, seu Consanguineorum negociis, ad Curiam Matritensem se conferrent, si negocia non admodum urgentia fuissent, per biduum tantum in alterutra ex dictis Regularibus Domibus Matriti commorari; si vero urgentia fuissent, moram viginti dierum ibidem trahere respective valerent; si denique intra viginti dies negocia hujusmodi nullatenus expediri possent, deberent nihilominus iidem exteri Fratres e dicta Curia migrare, et ad suas regredi Provincias, relicta negociorum cura Procuratori præfato Conventus S. Ægidii.

§. 2. Statuta, et Ordinationes hujusmodi idem Urbanus prædecessor Noster confirmavit, et approbavit, prout in aliis in dicta forma Brevis expeditis literis die x. Decembris MDCXLII. uberius continetur. Sed exortis deinde discordiis, et litibus super enunciatis Statutis, et Ordinibus inter dictam Provinciam S. Josephi ex una, cæterasque Discalceatorum ejusdem Ordinis Provincias ex altera partibus, eo quia in tam brevi temporis spatio Fratres Discalceati exteri commorantes Matriti in altera ex dictis duabus domibus, non poterant negocia expedire, pro his dirimendis litibus, et controversiis ad preces tunc existentis Ministri Generalis, idem Urbanus prædecessor Noster, per alias suas literas in simili forma Brevis datas die 5. Octobris MDCXLIII, declaravit, quod per præfatum Statutorum, et Ordinum confirmationem, sublata

Bull. Rom. Tom. III.

non fuisset nec esset facultas Ministro, et Commissario Generalibus dicti Ordinis pro tempore existentibus, quoniam ipsi in præfatis dispensare possent ipsorumque Ministri, et Commissarii Generalium dispositioni comisit, et reliquit, ut pro temporum varietate, rerum exigentia, bonoque regimine cum opus fuerit, super præmissis dispensarent, et prout plenius in dictis literis contineri dignoscitur.

§. 3. Instantibus deinde Fratribus præfate Provinciæ S. Josephi, ac humiliter supplicantibus fel. rec. Innocentius Papa XI itidem prædecessor Noster per alias suas in simili forma Brevis expeditas literas die xvii. Decembris MDCCLXXIX, primo, et secundo super enunciatas dicti Urbani prædecessoris literas, earum tenoribus insertis, confirmavit, et approbavit, nulla penitus facta mentione ultimo dictæ declarationis dictarum literarum ejusdem Urbani prædecessoris expeditarum sub die v. Octobris MDCXLIII. Quocirca ad præcavendas novas lites, ac controversias, quæ sine dubio, inter Provincias præfatas exorituræ timebantur, ad supplicationem Fratris Petri Exporrii, tunc in Romana Curia existentis Procuratoris Generalis dicti Ordinis, idem Innocentius prædecessor per alias desuper in simili forma Brevis expeditas literas die vii. Nov. MDCLXXIX, declarationem, in ultimo dictis literis Urbani contentam, renovavit, eamque ab omnibus, ad quos spectaret, servari voluit, sicut in iisdem Innocentii prædecessoris posterioribus literis plenius habetur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, non obstantibus præmissis, Fratres dictæ Provinciæ Sancti Josephi dicti Ordinis ausi postmodum fuerint unum ex ipsis constituere Procuratorem Generalem omnium negociorum cæterarum Provinciarum Discalceatorum in Aula Regia Matritensi, cui ab aliis Provinciis præfatis comitenda esse negocia contendebant, orta idcirco fuit lis, et causa universalis inter dictam Provinciam S. Josephi ex una, cæterasque Provincias Discalceatorum ejusdem Ordinis ex altera partibus coram tunc existente Ministro Generale dicti Ordinis Fratre Joanne Vermexo, qui suam in varia capita distinctam protulit definitivam Sententiam, cujus quatuor præcipua capita sunt tenoris qui sequitur, videlicet =

» Christi nomine invocato. In causa, et causis, quæ coram Nobis

Innocentius XI dum Urbani VIII. literas confirmavit nullam fecit mentionem de superiori facultate Ministri Generalis, et Commissarii Generali indulta.

Dissidia subinde orta ex arbitraria destinatione Procuratoris Generalis, qui cunctarum Provinciarum in Hispaniis negocia Matriti agerent.

Tenor Sententiæ Ministri Generalis, qua

de snatis dissi-
diis jus dicitur
in posterum
ser. andum.

versæ fuerunt, et vertuntur inter Fra-
trem Bernardum a S. Maria Procura-
torem Nostræ Provinciæ S. Josephi
ex una, et Procuratores diversarum
Provinciarum Discalceatorum Hispani-
niæ, et Indiarum ex altera partibus,
prævia consultatione, et consilio no-
nullorum Patrum graviorum in Ordi-
ne pro exacta dictæ causæ, et cau-
sarum definitione, per sequentia pro-
cedimus separata capita, videlicet =
L. Quoad subsistentiam, et validitatem
officii Procuræ Generalis, seu de Au-
la Regia, nomine omnium Nostrarum
Provinciarum Discalceatorum horum
Regnorum Hispaniæ, et Indiarum,
quam suo officio Procuratoris Nostri
Conventus S. Ægidii infixam, et con-
solidatam contendit Frater Bernardi-
nus a S. Maria, vigore literarum Pa-
tentium sibi collatarum a R. P. F. Di-
daco a Portuplano Ministro Provincia-
li hujus Nostræ Provinciæ S. Josephi
et ea de causa ipsum Fratrem Bernar-
dum esse personam legitimam pro
tractandis omnibus causis, et negociis
dictarum Nostrarum Provinciarum,
tam agendo, quam defendendo, nec
ad id indigere procura speciali, de-
claramus hac in parte Fratrem Jose-
phum Torrubia, et Fratrem, Emanue-
lem a Jesu Maria successorem Fra-
tris Bernardi a Trinitate, nomine
quinque Provinciarum Discalceato-
rum Hispaniæ, et Indiarum, pro
quibus agunt, rite ac recte suam in-
tentionem ac incumbentia probasse,
et pro probatis admittimus, dictum
vero Bernardum a S. Maria nomine
suo, et dictæ Nostræ Provinciæ S. Jo-
sephi, hac in parte sibi incumbentia
non probasse, proindeque absolvimus
dictas Nostras Provincias in hac cau-
sa comparantes ab impetitis per dic-
tum Fratrem Bernardum a S. Maria,
cui in hac parte perpetuum silentium
imponimus, declarantes, ipsum non
esse personam legitimam pro tra-
ctandis causis, et negociis Nostrarum
Provinciarum, earumque Superiorum,
et Religiosorum, tam agendo, quam
deferendo, dictasque literas Patentes
supradicti R. P. Fr. Didaci a Portu-
plano Ministri Provincialis Provinciæ
S. Josephi non fuisse, nec esse titu-
lum habilem, legitimum, et de ju-
re requisitum, ad legitimandam dicti
Procuratoris personam, minusque vo-
ta consultiva Mediolanensia nuncupa-
ta, quia leges non sunt; Mandantes
præterea dicto Fratri Bernardo a San-
cta Maria, sub pœna privationis of-

ficio, actisque legitimis, ne a die
intimationis hujus Nostræ Sententiæ
se nuncupare, aut nuncupari facere
audeat, quovis sub prætextu Proc-
ratorum Generalem dictarum Nostra-
rum Provinciarum Discalceatorum,
neque se immisceat, aut ingerat, si-
ne speciali illarum Procura, in trac-
tandis earum causis, et negociis,
neque inquietet, aut perturbet Proc-
ratores dictarum Provinciarum, li-
bero usu earum Procuræ, et Comis-
sionum, quibus suffulti ad hanc Au-
lam accedunt; alias præter proces-
sum contra ipsum ad ea, quæ juris
fuerint, irritum declarabitur, quid-
quid absque Procura agi contigerit.
Mandamus quoque R. P. Fr. Didaco
de Portuplano moderno Provinciali
dictæ Nostræ Provinciæ S. Josephi
ejusque in Officio Successoribus, nec
non Patribus Diffinitorii, et Discretor-
rii dictæ Nostræ Provinciæ, prout ad
quemlibet illorum spectat, quod in
posterum nullimode conferant literas
Patentes tituli Procuratoris in Aula Re-
gia, ad cæteras Provincias extensas;
alias ultra declarationem nullitatis ad-
versus contrafacientes, toto juris ri-
gore procedemus; riservato tamen jure
dictæ Nostræ Provinciæ S. Josephi,
ut in tractandis suis negociis, jure sibi
competente utatur, permittimusque
ut Procurator, quem ipsa Provincia
habuerit, tractare valeat tam agendo,
quam definiendo quæcumque negocia
quæ a cæteris Discalceatorum Pro-
vinciis sibi comitti contigerit, quo
casu Comissionis specialis, in instan-
tiis, et supplicibus libellis nuncupa-
re se valeat Procuratorem illius Pro-
vinciæ, a qua mandatum habuerit =
II. Quo vero ad Breve Apostolicum
Motu-proprio a S. Memoræ Urba-
no VIII expeditum Romæ die xxviii
Julii MDCXXXVI confirmatum, et
insertum in alio Brevis felic. record.
Innocentii Papæ XI. die xvii. Ju-
nii MDCLXXIX, cum illud expres-
se disponat, de Religiosis Discalcea-
tis Provinciæ Hispaniæ ad Aulam Re-
giam accedentibus, pro suis rebus,
negociisque tractandis; declaramus,
eos præcise teneri ad hospitandum in
altero ex duobus Conventibus, aut nimi-
rum S. Ægidii, aut S. Bernardini ju-
xta seriem, ac tenorem dicti Brevis
nec hospitari posse in aliquo alio Con-
ventu, minusque in Domibus secula-
rium, nisi ad id specialem habeant
licentiam, seu indultum Apostolicum,
aut alicujus ex Sacris Congregationi-

bus, quod antea Nobis exhibere debeant, ut de illo constet; Nobis, Nostrisque successoribus reservantes declarationem casuum, in quibus pro gravitate negotiorum, Ordini, aut eorum Provinciis comunium, magis expediat, seu necessaria sit commotio alicujus, seu aliquorum Religiosorum Discalceatorum dictarum Provinciarum in hoc Conventu S. Francisci, prout a Nostris prædecessoribus inconcussu servatum est = III. pariter quoad aliud Breve ejusdem Urbani VIII datum die 10 Decembris 1642 confirmatorium statutorum conditorum a Rmo P. Fr. Joanne Marinero prædecessore, et supradictum Breve Innocentii XI. datum præfata die 17. Junii 1679 in quo de verbo ad verbum inserta leguntur præfata Urbani Brevia, et Statuta, quæ ibi denuo confirmantur ad instantiam Nostræ Provinciæ S. Josephi, mature considerantes, quod dicta statuta, et Brevia edita sunt pro provinciis Hispaniæ, et pro Fratribus Discalceatis exteris in dies accedentibus ad hanc Aulam Regiam pro suis, aut suorum Parentum, et Consanguineorum negotiis, neque mentio eorum Religiosorum, qui aliquando accedunt, seu accedere possunt missi a suis Provinciis cum procuræ mandatis, vel instructionibus pro comunibus earundem Provinciarum negotiis, declaramus, præfatos Religiosos, qui accedere solent, et in dies accedunt ad hanc Regiam Aulam pro suis particularibus negotiis, aut suorum Parentum, vel Consanguineorum, in dictis Statutis, Brevibusque re ipsa comprehendi, proindeque hospitari debere in alterutro ex Conventibus S. Aegidii, et S. Bernardini, juxta formam, et tenorem pro tempore, ac sub pœnis in iisdem Statutis, et Brevibus contentis, neque moram trahere posse ultra tempus ibi præscriptum, minusque aliquem Superiorem, dictorum duorum Conventuum, aut Provinciam Nostræ Provinciæ S. Josephi, et quemlibet alium eos retinere, aut ut detineantur quovis sub prætextu permittere valere, alias incurrant ipso facto in pœnas inibi expressas, etiam unica vice contravenientes; Nobis, Nostrisque successoribus reservantes facultatem, Nobis tantum competentem vigore alterius Brevis ejusdem Innocentii XI. incipientis *Alias nos etc.* sub datum 7. Novembr. 1679 ut dispensare possimus quoad tempus permanentiæ cum

Bull. Rom. Tom. III.

hujusmodi Religiosis hospitibus ad hanc Regiam Aulam accedentibus pro suis negotiis, prout expedire visum fuerit = IV. Quo vero ad eos Religiosos Discalceatos Provinciarum Hispaniæ huc accedentes, missos a suis respective Provinciis cum eorum mandatis, vel instructionibus pro comunibus ipsarum, seu earum Conventuum negotiis, declaramus non esse comprehensos in dictis Statutis, et Brevibus Apostolicis, proindeque, si quando contingat, sic missos a Provincia huc accedere, posse per se ipsos incipere, prosequi, et terminare negotia, juxta sibi mandata, et instructiones quas habeant, neque teneri ad servandam formam, temporisque præfixionem in dictis Statutis, et Brevibus præscriptas, minusque ad comittenda negotia, pro quibus a suis Provinciis mittentur, Procuratori Provinciæ S. Josephi, seu Procuratori Conventus S. Aegidii, nisi eadem Hispaniarum Provinciæ, in decursu causarum aliter determinaverint; peractis autem negotiis sibi commissis, eos quoque ex tum comprehendi inter illos de quibus in dictis Statutis, et Brevibus disponitur, proindeque ad eorum exactam observantiam tunc teneri, et subijci, sub pœnis ibi contentis. Specialiter quoque declaramus, quod Religiosi Discalceati exteri, nullimode eleemosynas petere in hac Regia Aula, neque illis uti valeant directe, aut indirecte in præjudicium dictorum Conventuum S. Aegidii, et S. Bernardini: quin imo in hac parte mandamus, ut observentur statuta, et laudabiles consuetudines Discalceatorum, quoad territorium, et districtum Conventuum pro exactione eleemosynarum comunium. Et ita definitive pronunciamus, judicamus, atque mandamus. Matriæ ex Cella habitationis Commissarium Iodiarum die 25 Febr. 1739 = Fr. Joannes Vermexo Minister Generalis = Fr. Bonagratia ab Alexandria Testis = Fr. Franciscus Martinez Testis = Fr. Ignatius Arbiel Testis = Loco † Signi = Ita est Fr. Melchior Marquez Pro-Secretarius Generalis Ordinis.

§. 5. Appellatione vero interposita per Procuratorem dictæ Provinciæ S. Josephi, adversus eandem sententiam, delata fuit lis, et causa contestata in secunda instantia coram VV. Ffr. Nostris S.R.E. Cardinalibus, negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Re-

A qua relatæ Sententiæ appellatione interposita causa delata est ad S. Congregationem Episcoporum, et Regularium et ibidem deserta.

gularium præpositis ; ac licet quoad alia, et peculiaria capita his ista fuerit continuata, et definita, in iis tamen quæ præinserta capita respiciebant, interposita appellatio, ut asseritur, deserta inde remansit, ditaque sententia plenam habuit, et omnimodam executionem. Prædictis omnibus tamen parvigens, nuperrime existens tunc Minister Provincialis dictæ Provinciæ S. Josephi, nonnulla contra expressum ejusdem sententiæ tempore innovare præsumpsit ; quapropter reasumpta causæ cognitione a dilecto filio Fr. Petro Joannetio de Molina, hodierno dicti Ordinis Ministro Generali, præfatam sententiam sui prædecessoris, dictus Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis, quoad dicta capita in omnibus, et per omnia, et quibuscumque non obstantibus, exequi mandavit per suum definitivum Decretum, tenoris qui sequitur, videlicet.

Tenor Sententiæ confirmatorie præcedentis.

» Visis his actis a nostro Rmo P. Ministro Generali Fr. Petro Joannetio de Molina, mandavit servari sententiam per Rmum P. Fr. Joannem Vermexo suum prædecessorem die 25 Februarii 1739 latam, prout hactenus servata est, et RR. PP. Provincialis S. Josephi, Guardianus Regii Conventus S. Ægidii, aut quilibet, alius Religiosus subditus, dictæ sententiæ nullatenus contravenire præsumant sub pœna excommunicationis majoris, et privationis officio respectivæ. Ita decrevit, atque mandavit Paternitas sua Roma. In hoc Conventu S. Francisci Mairitensi die 19 Augusti 1763 = Fr. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis = Ita est Fr. Christophorus Sanchez Secretarius Generalis Ordinis.

Preces porrectæ pro confirmatione supra relatæ sententiæ.

§. 6. Ad dirimendas igitur super præmissis omnes controversias, ut præfertur exortas, idem Joannes Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut sententiam, et decretum hujusmodi, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communicare, ac alias opportune in præmissis providere dignemur.

Pontifex prævia confirmatione litterarum Urbani VIII. et Innocentii XI, supradictam sententiam confirmat.

§. 7. Nos ipsius Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum in Domino possumus annuere volentes, eumque a quibuslibet excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicatio-

nibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium eorundem Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, negociis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii Nostri Aloysii Mariæ S.R.E. Diaconi Cardinalis Torregiani nuncupati, apud Nos, et Sedem Apostolicam dicti Ordinis Protectoris, attenderunt, consilio, prima dumtaxat quatuor supra præinserta capita enunciatiæ sententiæ emanatæ de anno 1739, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, salva tamen in præmissis auctoritate Congregationis præfatorum Cardinalium.

§. 8. Decernentes, ipsas præsententes literas, et omnia, et singula in eis contenta, et expressa semper firma, valida et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit, plenissime suffragari et ab illis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos etiam causarum Palatii Nostri Auditores judicari, et definiri debere, sublata eis, et eorum cuilibet quacumque aliter judicandi, et interpetrandi facultate ; quod si secus factum fuerit id omne irritum, et inane, ad pristinum statum reducere curabimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrariis præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis eorum tenores, pro insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Novembris MDCCLXIV. Pontificatus nostri Anno septimo.

Derogatio contrariorum.



Dat. die 21. No-
vembrii 1764.
Ann. VII.

GDXXI.

Cum Clemente e Ducibus Saxoniae, Re-
gioque Poloniae Principe, gratulatur
quod in Coadjutorem Ecclesiae Au-
gustanae electus sit, atque electionem
hanc brevi se fore confirmaturum Pon-
tiffex nunciat.

*Litterae Apostolicae quae dispensatio in-
dulgatur ad hoc ut praesens in Co-
adjutorem electio locum habere posset
habentur hoc Tom. III. sub Numere
CDXXVII. pag. 8.*

Dilectissimo in Christo Filio Nostro
Clementi e Ducibus Saxoniae
Regio Poloniae Principi
Electo Frisingensi,
et Ratisponensi.

Clemens PP. XIII.

Dilectissime in Christo Fili Noster
salutem, et Apostolicam benedictionem

Cum suspenso et sollicito animo,
quae Nostra est erga te benevolentia
rerumque tuarum studium, scire ave-
remus quid esset novi de Augustano
Capitulo; quod ad quintam huius Men-
sis diem edictum fuerat, opportune red-
ditae sunt Nobis litterae tuae, quae No-
bis attulerunt, te, quod maxime vole-
bamus Augustano Episcopo datura esse
Coadjutorem: quem optatissimum
nuncium ut cupide expectabamus, sic
tui electionem quam primum libentis-
sime confirmabimus. Vides, dilectis-
sime in Christo Fili Noster, quae di-
vinae providentiae agendi sit ratio, ut
secundas res asperis misceat et adver-
sis, ne super reflante fortuna animo
concidamus, neve si omnia Nobis eve-
niant ex sententia, nimia rerum hu-
manarum sublata prosperitate, ab ea co-
gitatione, quam debemus in aeterna
beatitudine adipiscenda habere defixam
avocemur. Quamobrem quicumque sit
rerum status nostrarum, Deo gratule-
mur; ad cuius voluntatem, nostra
semper accomodanda voluntas est. In-
terea tam laeti hoc eventu, quam cu-
pidi ut Dilectioni tuae semper bene sit,
et prosperrima quaeque contingant, Apo-
stolicam benedictionem tibi dilectis-
sime in Christo Fili Noster, peraman-
ter impertimur. Datum Romae apud
S. Mariam Majorem sub Annulo Pi-
scatoris die vigesima prima Novem-
bris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri an-
no septimo.

CDXLII.

Dat. die 5. De-
cembrii 1764.
Ann. VII.

Monasterio Monialium Sancti Angeli
Custodis Civitatis Granatae indulget
ut ex Massa reddituum quintae par-
tis bonorum ab intestato morientium
in dicta Civitate, et Diocesi, quae-
que in suffragium defunctorum ap-
plicari solent, mille ducata aurea de
Camera pro una vice applicentur ei-
dem Monasterio pro dimittendo aere
alieno, ducata autem sexcenta quo-
tannis pro Monialium sustentatione.

Venerabili Fratri
Archiepiscopo Granatensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

S. Exponi Nobis nuper fece-
runt dilectae in Christo filiae moder-
na Abbatisa, seu Priorissa, et Monia-
les Monasterii Sancti Angeli Custodis
istius Civitatis Granatensis, quod licet di-
ctum Monasterium fuerit fundatum,
et erectum sub conditione non mendi-
candi, attamen ejus redditus sunt ita
exigui, et tennes, ut dictae Moniales
in summa necessitate, et angustia vi-
vere cogantur, et ob calamitatem tem-
porum magis magisque ejusdem Mo-
nasterii egestates augeantur, cum red-
ditus ad ipsum spectantes non sine diu-
turna mora, et prolatione percipiantur
ac propter communem miseriam totius
populi elemosynae, quae sponte elar-
giri consueverant eidem Monasterio vel
diminutae fuerint, vel penitus defece-
rint, adeo ut dictum Monasterium jam
aere alieno maxime gravatum, et in
summa miseria reperiatur. Idcirco ipsae
Exponentes considerantes, quod ad oc-
currendum earum urgentibus necessi-
tatibus, et ad sublevandum Monaste-
rium praedictum aere alieno gravatum,
nullum aliud remedium superest, nisi
quod per Nos, et Sedem Apostolicam
indulgeatur, ut ex Massa communi
quintae partis bonorum personarum ab
intestato morientium, quae a Judicibus
Praevenientibus, seu Praesidentibus nun-
cupatis ipsius Civitatis, ac totius Regni
Granatensis applicari solent in suffra-
gium animarum sic defunctorum, di-
stribui, et persolvi possit eidem Mo-
nasterio pro unica vice tantum summa
mille ducatorum Auri de Camera pro
extinctione debiti contracti, et pro ea-

Preces porre-
ctae pro hoc in-
dulto conse-
quendo atten-
ta Monasterii
paupertate.

rum manutatione annuatim summa sexcentum ducatorum auri parium. Nobis propterea dictæ Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in premissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Pontifex precibus annuit, et gratiæ executionem Archiepiscopo Granatensi comittit.

§. 2. Nos igitur ipsas Exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum, qui relationem tuam ad eosdem Cardinales super præmissis transmissam attenderunt, consilio, Fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus ut veris existentibus narratis, et accedente consensu Præsidium, ac inuncto Monialibus prædictis onere suffragandi defunctos cum aliqua oratione per te ipsum designanda, et quotidie ab ipsis recitanda, durante inopia Monasterii hujusmodi, petitam facultatem auctoritate Nostra Apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et quatenus opus sit dicti Monasterii etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die v Decembris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.



CDXLIII.

Dat. die. 19
Decembr. 1764
Anno VII.

Archiepiscopo Aquisextiensi de Gallicanæ Ecclesiæ malis conquerenti respondet, eundemque consolatur.

Vide Epistolam supra relatam sub Num. CDXXXIX et adnotationem in ea appositam.

Venerabili Fratri Jo: Baptistæ Antonio Archiepiscopo Aquisextiensi

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. In hac caligine temporum, cum eo se perventuros putant Catholicæ Ecclesiæ hostes in Gallia, ut ab alienatis fidelium animis ab hac sacra B. Petri Apostolica Sede, vera fides et pius Dei cultus ab eo Regno eliminetur, lucem aliquam respicere Nobis videmur, ubi ab Episcopis tui similibus literæ ad Nos perferuntur testes eorum fortitudinis atque constantiæ. Cujusmodi epistolam a Fraternitate tua modo accepimus, unde nihil eorum abesse videtur, quæ asperitate rerum exulceratum in dies magis dolorem Nostrum aliqua consolatione permulceat: flagrantissimus incorruptæ fidei zelus, mirifica ad defendendam Ecclesiæ divinam potestatem alacritas, egregium in Apostolicam Sedem studium, et præclara devotio, illa denique excelsitas animi et magnitudo Episcopo plane digna, qua quibuslibet objectis terroribus, obedire mavelis Deo, quam hominibus, paratus ad omnes acerbitates perferendas pro Christo, neque vero hujus zeli tui, pietatis, et altitudinis animi ex literis tantummodo tuis sumimus testimonium, quin probe cognitum habeamus, Fraternitatem tuam nullis perterrefactam periculis, ubi ageretur de bene, et fideliter Episcopale munere obeundo, ad omnem dimicationem se objecisse, multisque vexatam contumeliis, et atrociter exagitatam, nihil molestiarum non esse perpessam. Id vero est persequutionem pati propter justitiam. Quamobrem confide Ven. Frater, in eorum te esse numero, quos Beatos Christus Dominus prædicavit. Contra veh illis, qui cum non nisi ad fortunæ motum se moveant videntur ex iis esse, qui obbliti Montem Sanctum Dei, ut ait Propheta, ponunt fortunæ mensam, et libant super

In aspero Pontificis dolore pro eversis in Gallia Religionis rebus, magnam afferunt consolationem Episcoporum literæ eorundem constantiam obstantes.

eam, quos per difficile est canitiem denique suam pacifice deducere ad Inferos.

Requirentibus Gallicis Episcopis S. Sedis auxilium, se cum prospexisse ait Pontifex, datis contra Jansenistarum doctrinam instructionibus.

§. 2. Quod autem scribis, Episcopos Fratres Nostros in his luctuosis deplorandique temporibus Nostro egere auxilio, quam vultis nunc vobis feramus opem, cum Deus in ira sua videtur continere misericordias suas? O mucro Domini usquequo non quiesces? ingrediere vaginam tuam, refrigerare, et sile. Sed nunquid in æternum projiciet Deus, aut non apponet, ut complacitior sit adhuc? Bonus Dominus, et confortans in die tribulationis, et sciens sperantes in se. Nos quod adhuc potuimus, tenebras illas, quas Janseniani fidelium oculis studuerunt effundere videmur penitus dispulisse, cum ad complures Cœpriscepos Nostros, qui queribundas ad Nos litteras de Gallicanæ Ecclesiæ ærumnis dederunt, respondendo, qui sint Nostri sensus, in hac tanta calamitate diserte declaravimus: mala hæc omnia inde evenisse, quod illius hæresis sectatores resectis viribus, quas ob acceptas ab Ecclesia intimas plagas, jamdiu amiserant, seculares Magistratus, in eandem Ecclesiam incenderint, atque eorum abusi favore, et potentia fideles strenuosque Episcoporum cooperatores Regno expulerint, Sacros Ministros, qui ab Augustissima Mensa, notorie refragantes Constitutioni Unigenitus prohiberent, in vincula duxerint, in exilium ejecerint, os Episcoporum, omnibus terroribus intentatis, compresserint, Ecclesiam denique omni spoliata potestate, quam a Christo Domino accepit in durissimam redegerint servitutem.

Pariterque imperitata observantia Constitutionis Unigenitus, et Enciclycæ Benedicti XIV.

§. 3. Iisdemque literis Nostris rotunde scripsimus, parendum omnino Enciclycæ quam fel: rec: Prædecessor Noster Benedictus XIV. flagitantibus Gallicanis Episcopis edidit, quorum itidem rogatu ipsi quoque confirmavimus, Constitutionem Unigenitus, dogmaticum esse hujus Apostolicæ Sedis decretum, cui parere qui recuset, illum a Sacra mensa removendum: errores Baii, Jansenii, et Quenellii veros esse errores, non, ut, impudenter Janseniani jactare audent in vulgus, mera figmenta: serpere ut cancer Jansenianam hæresim in Ecclesiam, qui que ea dicunt vanum esse Phantasma, intolerabili temeritate in Romanos Pontifices, qui eam hæresim tot decretis perculerint, et in universam Ecclesiam esse injuriosos. Decretis denique omnibus, quæ prædecessores Nostri tulerunt adversus eorundem

Baii, Jansenii, et Quenelli pestiferos errores, omnimodam debere obedientiam: atque de his omnibus in sua quemque Diœcesi debere Episcopum, fideles suæ fidei et custodiæ concreditos, quam sæpissime admonere; iisque testimonium perhibere hos esse Nostros, Nostrorumque prædecessorum sensus fuisse. Metuendum quidem agnoscimus, ne qui libertate Sacerdotali ad suum populum prodeat, atque hæc omnia illi e superiore loco denunciaret, magna sibi creet pericula, sed ab eo metuendum magis, qui habet potestatem mittere in geennam ignis. At si Nobis quæ hujusmodi sunt ministerii fideliter, et strenue obeuntibus, gravior malorum vis incubuerit, forti animo, et Christiana patientia, cujus Dominus Jesus tanta Nobis exhibuit exempla manendum in Episcopali statione et custodia, ut cum visitaverit Deus exercituum gregem suum, illudque Nos rogaverit: ubi est Grex qui datus est tibi, pecus inclutum? ne conscientia gladio pungamur, quod bonum certamen fidei non certaverimus, gregemque Christi simus passi fieri in devorationem omnium bestiarum.

§. 4. De Alesiensi Episcopo jure Fraternitas tua conqueritur. Apostolico Officio Nostro deesse nolimus, qui a recta semita Fratrem aberantem, ea, quæ universalis Ecclesiæ Pastorem decet, charitate monuimus, ut se ad viam retrahat veritatis. Et illum quidem leniore cohortatione ad Cœpiscoporum benesentientium cœtu existimavimus reduci oportere, et idcirco, quod fortasse præter voluntatem illi exiit gravius, reprehendendum dissimulare maluimus, ne superioribus verbis, ut æquum fuisset, hominem castigarem. Nam et lingua mollis, ut ait sapiens confringit duritiam, et Fratris etiam pudori parcere docit cujus Nos cæteroquin commiseresceret, quod ab Ecclesiæ hostibus tam misere fuerit deceptus. Interea tantisper expectandum putamus, dum mororem, quem prolapsione sua Fratris attulit, sese erigens, adspirante Dei gratia, in lætitiâ convertat.

Qua ratione mitiorem semitam tenendam cum Alesiensi Episcopo Pontifex duxerit, explicat.

§. 5. Te vero Ven. Frater, qui tanta sedulitate Gregem tuum custodis et vigilantia, qui voce scriptisque tuis a venenatis pascuis retrahere nunquam desinis, omni ducimus dignum esse præconio, et in te fuisse, et esse deprehendimus spiritum sapientiæ et intellectus, spiritum consilii, et fortitudinis, spiritum denique scientiæ, et pietatis. Hæc S. Spiritus dona, tuo ut animo infixâ semper adhærant, misericordis-

Hunc Episcopum pro sua constantia, et firmitate commendat, eumque hortatur ut in proposito perseveret.

simum Deum enixe, precabimur: et e Nostræ charitatis visceribus depromptam Fraternitati tuæ Apostolicam benedictionem, singularis erga te benevolentia pignus, peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Decembris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDXLIV.

De eodem argumento Literas mittit Episcopo Apamiarum.

Vide Epistolam superiorem, et adnotationem in ea appositam.

Venerabili Fratri Henrico Gastoni Episcopo Apamiarum.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **D**e ærumnosissimo Gallicanæ Ecclesiæ statu queribundus literas a Fraternitate tua haud ita pridem accepimus, laicam potestatem doles ita Ecclesiæ auctoritati infensam, ut manum suam tamquam hostis miserit ad omnia desiderabilia ejus; ac vehementer de illa potissimum in dignitate jure conquereris, laicos homines facultatem sibi vindicare, quid rectum, quid pravum sit in doctrina tam quæ ad fidem, quam quæ ad mores pertinet judicandi, quæ vota Deo grata sint, quæve aspernabilia; eo etiam venisse temeritatis, ut Institutum Societatis Jesu ab Ecclesia Catholica habitum semper ut pium, idem impium, bonis omnibus indignantibus, declaraverint. Postremo eam Societatem toto fere Galliarum Regno defles extinctam. Horum si quis consideret malorum tantam Gallicanæ Ecclesiæ molem tam brevi tempore incubuisse, nec quidquam in tantis tenebris cæcisque procellis aliunde lucis ostendi, dubitaverit; Deum iratum opposuisse sibi nubem, ne nostra ad eum transeat oratio. Mundi sunt oculi tui, quispiam dixerit, ne videas malum Domine, et respicere ad iniquitatem non poteris: Quare respicis super iniqua agentes, et taces devorante impio justiore se? = Sed tamen Deo fidendum, qui ad punctum in modico

videtur vos dereliquisse, et in miserationibus magnis vos congregabit. Instandum interea orationi, nulloque ad hæc humano respectu habito, sancienda Nobis oracula Dei verbo et exemplo. Propugnanda adversus Jansenianam hæresim Catholica Fides; atque eo alacriori strenuitate, quo secta illa nunc coorta est adversus Ecclesiam formidolosior.

§. 2. Utinam cæteri Episcopi Collegæ tui Fidelibus quisque suis, suæque curæ commissis, quod tua Fraternitas fecit, aperiant oculos, ut videant omnium, quæ seculares Magistratus moliti sunt adversus Ecclesiam, partem esse maximam Jansenianorum sectam, cujus dolis et artificiis præcipue tribuendum, quod Societas Jesu apud vos, ut Scriptura loquitur, tempestate sit convulsa absque ulla consolatione. Propterea factum est judicium et contradictio potentior, propter hoc lacerata est lex et non pervenit usque ad finem judicium; quia impius prævalet adversus justum, propterea egreditur judicium perversum. Atque ad omnem caliginem discutiendam, quam Ecclesiæ hostes Fidelium oculis conantur offundere, nihil aptius novissima Instructione Ven. Fratris Christophori Archiepiscopi Parisiensis, nihil accommodatius cui tamen futurum ducimus fuisse consultius, si edita vel brevissima instructione tua adhæsisses; quod cum non feceris jure suspicamur Instructionis tuæ formis imprimendæ, copiam Fraternitati Tuæ defuisse.

§. 2. Ceterum de flagranti hoc defendendæ fidei zelo tuo te magnopere amamus, omnique laude ducimus dignum in primis, quod paratissimo animo sis omnia, quæ impedeant mala Episcopali fortitudine et tolerantia pro tuenda Fide Catholica sustinere. Propterea minime dubitamus, te Jansenianis conatibus invicto animi robore restitutum, et decreta, quæ adversus Baii, Jansenii, et Quenellii errores tulit hæc Apostolica Sedes, strenue defensurum. Sed vide Ven. Frater, in primis, ut Enciclycæ fel. rec. prædecessoris Nostri Benedicti XIV. quam et ipsi confirmavimus sua constet auctoritas; nec propterea unquam patiari, Sacratissimum Christi Corpus per indignissimam profanationem notorie refragantibus Constitutioni Unigenitus exhiberi. Vicarios illos tuos, duosque Capituli Canonicos, qui quæ in eos ingruerat, declinandæ tempestatis gratia, Avenionem commigrarunt, commendatissimos semper ha-

Hujus Episcopi Religionem comendat, et ut eunctis in Galliis Episcopis exemplo sit valde desiderat.

Hortatur hunc Antistitem ut in sua constantia persistat, et impias Jansenistarum doctrinas eradicare curet.

Dat. die 12 Decembris 1764. Anno VII.

Quæ sint contra Religionem grassantia mala ex hujus Episcopi literis recenter per scriptis resumit.

bebimus; nec unquam patiemur, ab hominibus Dei zelo adflagentibus, Apostolica studia Nostra et officia desiderari. Et Fraternitati tuæ quam in visceribus gerimus charitatis, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Decembris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDXLV.

Quod Senatus Lucensis legem Ecclesiæ juribus adversam evulgaverit dolet cum Lucensi Archiepiscopo, quem hortatur ut omni studio Senatum ipsum ab insano proposito removeat.

Venerabili Fratri Joanni Dominico
Archiepiscopo Lucensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **A**ccepsisse Nos Fraternitatis tuæ literas cum ejus legis exemplo, quam superiore Mense Septembris tui tibi Senatus Lucensis, ejusdemque legis novitate gravissime Nostrum animum fuisse percussum, existimamus jam ex literis, quas tibi jussu Nostro scripsit dilectus Filius Noster Aloysius Maria Cardinalis Torrigianus, Noster Secretarius Status, te factum esse certiore. Profecto inopinata Nobis ea res accidit. Quis enim suspicari potuisset apud homines Nobiles, liberaliter et ab accepto beneficio Nostro adeo recentes, tam cito fuisse intermōtura omnia Nostra et hujus Apostolicæ Sedis officia, nec quidquam illis pensi futurum quam alte animum Nostrum ea lege ferenda confoderent? Ecclesiæ enim legem illam adversam esse, et a justitia alienam ipsa res damat.

§. 2. Nam et Ecclesiam ipsam excludit a Fidelium liberalitate, unde iniquum esset vel vilissimum quemquam excludere, et Fidelibus ipsis impedimentum obijcit ne in posterum expleta mortalitate, animarum suarum quieti provideant; quique jam providerint, ii absurde lege, quæ contra jus et fas ad præterita respicit, suffragiorum auxilio fraudantur. Nec sapientiæ fuit Senatus, grati animi officia descendo,

Bull. Rom. Tom. III.

ita stimulos Apostolici erga illum amoris Nostri retundere, ut si quando, quemadmodum difficillimo Lucensis Reipublicæ tempore a fel. rec. prædecessore Nostro Benedicto XIV. sic ab ejus successoribus Apostolicam opem imploret, aut si quod ab ea expetat beneficium, cujusmodi fuit illud ejusdem Benedicti XIV. de tribus Civibus ad Lucensem Archiepiscopatum a Senatu ipso proponendis, et hoc recentissimum, quod adeo libenter illi contulimus, refrigerato Nos esse animo sentiat, tumque studiis, officiisque Nostri quibus mutuum illius amorem prolicere studuerimus, se minus satisfacisse pœniteat. Viderint quid a Nobis, et ab Apostolica Sede polliceri sibi possit, alienissima isthæc ab ingenta cæterōquin eorum animis humanitate, Nobiscum agendi ratio. *Qui enim sic sunt, eorum spes, ut ait Scriptura, tanquam hibernalis glacies tabescet et tanquam supervacua disperient* = Neque vero tam male existimamus de Lucensi Senatu, quin multos credamus meliore præditos mente Religionis, pietatisque studio, et justitiæ amori commotos, tum grati erga Nos animi sensu denique tactos moleste tulisse, atque adhuc iniquo animo ferre, quod ea vincerit Sententia, quam ipsi improbaverint.

§. 3. Cæterum fortitudinem animi tui, et Episcopale robur omni dignum præconio magnopere amamus, qui cohortando, flagitando, monendo, nihil tibi reliquum feceris, quo intolerandæ legis auctores et defensores ad saniora consilia revocares. Dolemus, flagrantissimum zelum tuum adhuc frustra fuisse, nec potuisse animorum duritiem frangere. Sed in id incumbere etiam nunc egregiam sedulitatem, dexteritatemque tuam oportet, et quid opera tua validius urgendo consequi possis diligenter, ut ad Nos scribat Fraternitas tua maxime volumus; quo perinde ut erit spes abrogandæ ejus legis, aut desperatio, ita Nos aut patienter expectemus, dum illi resipiscant, aut quæ ab Apostolico Officio Nostro res ipsa postulat, validiora consilia capiamus. Tibique Ven. Frater, quem propter eximiam singularemque tuam virtutem in visceribus charitatis gerimus, Apostolicam benedictionem permanentem impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Decembris MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno septimo.

Lucensis Archiepiscopi fortitudinem commendat, quod injusto legis executioni restiterit, eumque hortatur ut Lucensem Senatum ad rectam semitam adducat.

Dat. die 27 Decembris 1764.
Anno VII.

Pontificis animus eo magis Legis novitate percussus fuit, quo recentiora sunt S. Sedis erga Lucensem Reipublicam beneficia.

Novissimæ legis injustitiam, et asperitatem demonstrat.

Dat. die 29 Decembris 1764.
Anno VII.

CDXLVI.

Cur causa inter Episcopum Augustanum et Premonstratenses remissa sit iudicio Sacre Congregationis Concilii ex constanti Santæ Sedis jurisprudentia demonstrat Episcopo Spirensi.

Dilecto Filio Nostro Francisco Christophoro S.R.E. Presbytero Cardinali de Hutten Episcopo Spirensi

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Quemadmodum haud ita pridem rescripsimus ad Ven. Fratrem Josephum Episcopum Augustanum, ad eundem modum dilectioni tuæ respondere Nos cogit iustitiæ amor, et studium, retinendique judicialis ordinis ratio in causa ejusdem Episcopi Augustani, et Præmonstratensium. Ac primum ideo ad Congregationem Concilii preces Præmonstratensium remisimus cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, quod veriti sumus, ne si eorum præces repudiarem, iustitia ipsa læderetur. Nam fel. rec. Prædecessor Noster Benedictus XIV in suis Apostolicis literis = *Ad solium Iustitiæ* = ponit, Præmonstratenses apud Congregationem Concilii se in iudicio stesisse, iisque contradicentibus eandem Congregationem bina edidisse Responsa, quod longe abest a re ipsa et veritate; nunquam enim Præmonstratenses rationes suas exposuerunt et ut contumaces semel atque iterum causam amiserant. Quidpiam etiam in iisdem Apostolicis literis continetur, quod cum consuetudine minime convenit Apostolicæ Sedis. Ea enim, si, quam in aliqua Congregatione tulerint Venerabiles Fratres Nostri Cardinales sententiam approbet, nunquam decretum irritans, et clausulam *sublata*, sed semper clausulam *auctoritate Congregationis*. Huc accedit ipsam Congregationem Concilii optasse, ut daretur sibi aperiatio Oris, quo libera sibi esset facultas cognoscendæ causæ, et sine ullo impedimento declarandi, quod sibi æquum justumque videretur. Id vero semper in more fuit Apostolicæ Sedis, Congregationibus Cardinalium aperiatiorem Oris concedere, aut opportunas tradere facultates, ubi meritis causæ delibatis id se cupere ostendant. Hæc ad te scribere habuimus, Dilecte

Fili Noster paullo pressius, quam quæ ad Augustanum Episcopum scripsimus; quæ tamen huc tandem redeunt, in Benedicti XIV literis vitium aliquod obreptionis inesse. Hoc autem libentius tibi significamus quid et quamobrem ita rescripsimus, quod pro certo habeamus esse te iustitiæ tenacissimum, et consuetudinum hujus S. Sedis peritissimum. Tibique singularis erga te benevolentia Nostræ pignus, paterno Nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die vigesima nona Decembris MDCCLXIV Pontificatus Nostri anno septimo.

CDXLVII.

Dat. die 2. Januarii 1765.
Ann. VII.

Indultum favore Regis Francorum ad hoc ut juxta concordatum cum Sancta Sede, ad Comendam Beatæ Mariæ de Campo Chiaro, licet eandem vacare contigerit per mortem moderni Comendatarii apud Sedem prædictam, nominare possit, et valeat.

Carissimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Filii Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Cum sicut Majestatis tuæ nomine Nobis nuper expositum fuit, dilectus filius Noster Prosperus Cardinalis Diaconus Columna nuncupatus, Monasterium Beatæ Mariæ de Caro Campo nuncupatum Ambianensis Diocesis Ordinis Cisterciensis, ad quod jus nominationis eidem Majestati tuæ vigore concordatorum inter Sedem Apostolicam, et cl. mem. Franciscum I., dum vixit Francorum Regem initorum competit, in Commendam ex concessione Apostolica obtinet. Nos ne prædicto Prospero apud Sedem eandem decedente, Majestas tua impediatur, quominus ad Monasterium hujusmodi, ratione dictorum concordatorum nominare possit, providere volentes, supplicationibus Majestatis tuæ nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem Majestati tuæ ut si contingat Monasterium Beatæ Mariæ de Caro Campo prædictum perhibitum, vel cessum memorati Prospero,

Preces porrectas a Christianissimo Rege pro hoc indulto obtinendo.

aut alias ex illius persona apud Sedem prædictam vacare, nihilominus de illo sic vacante non nisi ad tuam nominationem, Nobis, seu Romano Pontifici pro tempore existenti, et Sedi prædictæ juxta concordata supradicta faciendam promoveri, et disponi possit, aut debeat Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et in corpore juris clausis, ac beneficiorum Ecclesiasticorum apud Sedem prædictam pro tempore vacantium reservatoriis, et aliter disponentibus concordatis prædictis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac dice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die secunda Januarii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto, Pontificatus Nostri Anno septimo.

CDXLVIII.

Dat. die 12. Januarii 1765 Anno VII.

Institutum Societatis Jesu jam a binis sæculis fundatum, multorumque Pontificum Constitutionibus approbatum; iterum Constitutione hac probatur, et confirmatur.

Institutum, et Religionem Clericorum Regularium Societatis Jesu primum approbavit Paulus III. Const. anni 1540. Nov. 27. Munus, et auctoritatem Præpositi Generalis hujus Societatis explicavit, nec non quamplures gratias concessit, et ordinationes pro ejus bono regimine firmavit Julius III. Const. anni 1749 Oct. 18. Idem Institutum, regulasque melius explicatas iterum approbavit, et confirmavit Pontifex idem Const. anni 1550 Julii 21 Gratias, et privilegia Societatis Jesu ejusdemque Collegii indulta innovavit et ampliavit Pontifex idem Const. anni 1552 Oct. 22. Religionem Clericorum Regularium Societatis Jesu esse vere de ordinibus mendicantium, eorumque gratias, et privilegia, tam concessis, quam concedendis perfrui declaravit Pius V. Const. anni 1571 Julii 2. Facultatem Religiosis Societatis Jesu eligendi Conservatores in ejus causis,
Bull. Rom. Tom. III.

ac jurisdictionem ipsorum Conservatorum indulxit Pontifex idem Const. anni 1568 octavo Kal. Junii, quæ quum per sequutum Pontificis obitum confecta non fuerit, confirmata postmodum extitit a Gregorio XIII. Constit. sua anni 1572. Maii 25. Collegium cum Universitate studiorum Generalium scientiarum, et artium in opido Pontis Mansonii Diæcesis Metensis in Lotharingia, confirmavit Pontifex idem Const. anni ejusdem Decembr. 5. Ne Religiosi, et personæ Societatis Jesu ad publicas processiones accedere cogantur statuit Pontifex idem Constit. altera anni 1576 Julii 16. Quod pro Religione ipsa ubique Ecclesie, et domus edificari possint, non obstante quocumque privilegio in contrarium aliis Ordinibus concessio jussit idem Pontifex Const. anni ejusdem Oct. 30. Exemptionem hujus Societatis a præstatione decimarum, et aliorum onerum quorumcumque a pluribus Pontificibus concessam confirmavit Pontifex idem Const. anni 1576. Jan. 1. Usum altaris portatilis non obstante contraria Concilii Tridentini dispositione, Religiosis hujus Societatis, sub opportunis declarationibus resituit idem Pontifex Const. anni 1579 Oct. 1. Ne Religiosi hujus Societatis ad alios Ordines quam ad Carthusiensem transire possint, prohibuit Pontifex idem Const. anni ejusdem Oct. 29. Universitatem studiorum in Collegio Societatis Jesu Civitatis Vilnæ in Regno Poloniae, cum privilegiorum elargitione confirmavit Pontifex idem Const. ejusdem diei, et anni. Præsbyteris Societatis Jesu Confessariis, quamvis Magisterio Theologiæ, et juris Canonici non insignitis, facultatem aperiendi literas Sacræ Pœnitentiæ Apostolicæ, et absolutionis beneficium juxta illarum dispositionem impendendi, fecit Pontifex idem Const. anni 1582 Aprilis 3. Auctoritatem Præpositi Generalis hujus Societatis circa contractus censuum, alienationum, aliorumque præfinivit Pontifex idem Constit. alia anni ejusdem Augusti 12 et Decembr. 12. Personis Societatis Jesu, ut a quocumque Antistite etiam extra tempora, de licentia suorum Prælatorum ad sacros ordines promoveri possint, facultatem fecit Pontifex idem Constit. alia anni ejusdem Sept. 21. Itemque transeundi ad quoscumque alios Ordines Regulares de licentia tamen Præpositi Generalis Constit. alia anni ejusdem Sept. 22.

Institutum, privilegia, et exemptiones hujus Societatis, additis nonnullis declarationibus, confirmavit Pontifex idem Constit. anni 1583 Febr. 1. Erectionem Collegii Societatis Jesu Rigæ in partibus Poloniæ confirmavit Pontifex idem Const. anni 1584 Martii 1. Constitutiones Collegii Germanici approbavit Pontifex idem Constit. anni ejusdem Aprilis 1. Institutum, et Constitutiones hujus Societatis, tertio approbantur, cum resolutione nonnullorum dubiorum, et privilegiorum confirmatione ab eodem Pontifice Constit. Anni ejusdem Mai. 25. Erectionem Collegii in Civitate Iprensi approbavit Pontifex idem Const. ejusdem mensis, diei, et anni. Itemque alterius Collegii in oppido Montensi, Cameracensis Diœcesis Constit. alia ejusdem Mensis, diei, et anni. Nec non alterius in Civitate Brugensi Constit. alia anni ejusdem Junii 23. Pariterque alterius Collegii in Civitate Mantuana Constit. alia anni ejusdem Julii 15. Quod Religiosi hujus Societatis, etiam sacris ordinibus non initiatis, prædicandi verbum Dei facultas esset, concessit Pontifex idem Constit. anni ejusdem Novem. 20. Institutionem Congregationis sub invocatione Annunciationis B.M.V. pro scholaribus externis Collegii Societatis Jesu de Urbe, approbavit Pontifex idem Constit. anni ejusdem Decembr. 5. Studium generale in oppido Græcensi Salisburgensis Diœcesis approbavit Sixtus V. Constit. anni 1585. Maii 1. Itemque Universitatem studiorum Generalium, et Collegii in Oppido Mussipontano Metensis Diœcesis Constit. alia ejusdem Pontificis anni 1585 Maii 1. Congregationem sub invocatione Annunciationis B.M.V. pro scholaribus externis studio Collegii Societatis Jesu de Urbe addictis approbatam, ad alios etiam non studentes extendit Pontifex idem Constit. anni 1586 Jan. 5. Privilegia, et facultates Præposito Generali, et Præsbyteris hujus Societatis, Missiones in Indiis exercentibus jam alias concessas, confirmavit, et ad aliud tempus extendit Pontifex idem Const. anni 1587 Martii 14; easque iterum confirmavit, et extendit Gregorius XIV. Constit. anni 1591 Septemb. 2. Universitatem studiorum generalium in Collegio Græcensi prius jam erecto, approbavit Sixtus V. eique redditus assignavit, et privilegia concessit Constit. anni 1590 Jan. 1. Quæ in Constitutionibus So-

cietatis Jesu statuuntur circa Novitiorum admissiones, et Superiorum electiones, confirmavit, et quæcumque innovationem prohibuit Gregorius XIV. Constit. anni 1591 Maii 2. Institutum, et Religionem Societatis Jesu, cum aliquarum impugnationum reijectione approbavit quarto Pontifex hic Constit. Anni ejusdem Junii 28. Ut Societas hæc Novitios retinere posset, non servata forma Constitutionis Sixti V. concessit Gregorius XIV. Constit. anni ejusdem Augusti 10. Facultatem Patribus hujus Societatis indulgentiam a Julio III. absolvendi ab hæresi in Regnis Hispaniarum, in quibus officium S. Inquisitionis non existit, revocavit Clemens VIII. Constit. anni 1593 Sept. 25. Erectionem Collegii cum Universitate studiorum in Civitate Comutaviensi Diœcesis Pragenses confirmavit Pontifex idem Constit. anni 1594 Augusti 29. Itemque Collegium in oppido de Fiza alias de la Fleche erectum, approbavit Pontifex idem Const. anni 1604. Julii 10 Jesuitis Bituntinæ Civitatis interdictum fuit, ne facultates in Universitate oppidi Dolæ legi solitas, in dicta Civitate possent docere, nisi pro suis Religiosis. Constit. Pauli V. anni 1611 Junii 17. Studium Generale in Collegio Paderbonensi erectum, confirmavit Pontifex idem Constit. anni 1614 Aprilis 2. Statuta quædam pro Universitate Studiorum in Gymnasio Viennensi confirmavit Pontifex idem Constit. anni 1617 Aprilis 29. Indultum recitandi officium, et Missam B. Aloysii Gonzaga die 21. Junii concessit Religiosis hujus Societatis Gregorius XV. Constit. anni 1621. Octobr. 2. Domus, et Collegia Societatis Jesu in Regnis Sinarum, et Japponæ existentia, a solutione decimarum Parochis, et aliis Ecclesiis exempt Pontifex idem Constit. Anni 1622 Novemb. 5. Collegium Societatis Jesu in oppido Castorensi Diœcesi Bituricensis approbavit Pontifex idem Constit. anni ejusdem, Decemb. 29. Itemque Collegium cum Universitate studiorum in oppido Nissæ Diœcesis V. Pratslaviensis approbavit Urbanus VIII. Constit. anni 1626 Sept. 10. Indultum recitandi Officium et celebrandi Missam de tribus Martyribus Japponicæ die 5 Febr. Religiosis hujus Societatis concessit Pontifex idem Constit. anni 1627 Sept. 15. Ne Religiosi hujus Societatis uti possent facultatibus literarum sanctæ Cruciatæ, vel eligere alium Confes-

sarium, quam assignatum a suis Superioribus prohibuit Pontifex idem Constit. anni 1629 Martii 31. Vota a Professis Societatis emitti solita post professionem solemnem circa paupertatem, et acceptationem dignitatum extra Religionem, ab uno tantum Romano Pontifice dispensari posse statuit Pontifex idem. Constit. anni 1631. Jan. 25. Indulgentiam plenariam visitantibus Ecclesiis Societatis Jesu in Festo S. Francisci Xaverii jam a Gregorio XV. concessam, confirmavit Urbanus VIII. Constit. anni 1638. Decembr. 2. Quod Congregatio Generalis Societatis Jesu singulo Novennio celebrari debeat jussit Innocentius X. Constit. anni 1646 Jan. 1. Indulgentias, et gratias concessas Religiosis hujus Societatis Missiones exercentibus in Indiis Occidentalibus confirmavit, et facultatem dispensandi a Matrimonio in illis regionibus illegitime contractis, de novo concessit Pontifex idem Constit. anni 1649 Martii 1. Declarationem Congregationis Generalis hujus Societatis circa jurisdictionem, et gubernationem Vicarii Generalis cum futura successione, confirmavit Alexander VII. Constit. Anni 1661 Augusti 30. Quoad regimen Superiorum Societatis Jesu plura statuit Pontifex idem Const. anni 1663 Jan. 1. Officium S. Ignatii fundatoris hujus Societatis sub ritu duplici in posterum recitari debere jussit Clemens IX. Constit. anni 1667 Octobr. 11 Convocationem Congregationis Generalis quolibet novennio ab Innocentio X indictam suspendit, ut proximæ Generalis Congregationis votum haberet Pontifex idem Constit. anni 1668 Septem. 20. Septem Præbyteris Societatis Jesu Missionariis apud Sinas præcipitur ut accedant ad Urbem, et Missionariis omnibus formula præstandi juramenti præscribitur per Constit. Innocentii XI anni 1678 Octobr. 10 Indulgentias quamplures Præbyteris hujus Societatis Missionariis in Indiis concessit Alexander VIII. Constit. anni 1690 Martii 30. Facultatem conferendi nonnullos gradus in Collegiis Societatis Jesu S. Fidei, et Quinquaginta in Indiis jam a Clemente X indulgentiam extendit Innocentius XII. Constitut. anni 1690 Sept. 1. Hanc vero Constitutionem declaravit, et ampliavit Pontifex idem Constit. alia anni ejusdem Sept. 28. Indulgentiam plenariam in die Comunionis generalis a P.P. Gesuitis fieri solitæ semel in Mense in

Regnis Angliæ concessit Pontifex idem Constit. anni 1760 Martii 6. Constitutionem Gregorii XIII. prohibentem Patribus Societatis Jesu, transitum ad alios quoscumque Ordines Religiosos post emissionem votorum confirmavit Clemens XI Constit. anni 1719 Decembr. 1. Iis, qui post vota simplicia a Præposito Generali dimittuntur ab Societate Jesu, nulla ab eadem Societate alimenta deberi sancivit Benedictus XIII. Constit. anni 1728 Junii 12. Congregationem Primariam vulgo la buona morte in Ecclesia Domus Professæ Societatis Jesu erectam approbavit, et quamplures eidem Indulgentias concessit Pontifex idem Constit. anni 1729 Sept. 23 Immunitates, et exemptiones Societati Jesu concessæ, in damnum Cameræ Apostolicæ revocatæ fuere a Clemente XII Constit. anni 1731 Jan. 13 Privilegia a Pio IV. concessa Provincialibus Societatis Jesu in partibus Indiarum confirmavit Clemens XII. Constit. anni 1734 Sept. 9 Quoad Congregationes Generales Clericorum Regularium hujus Societatis, revocatis prædecessorum Pontificum nonnullis Apostolicis literis, plura sancivit Benedictus XIV Constit. anni 1746 Decembr. 16. Quoad facultatem dispensandi in Matrimonio pro Missionariis hujus Societatis in Indiis Occidentalibus plura constituit, et declaravit Pontifex idem Const. anni 1757 Jan. 17 Visitatorem, et reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jesu in Regnis Portugaliæ, et Algarbiorum, nec non in Indiis Orientalibus, et Occidentalibus Regi Fidelissimo subjectis deputavit Pontifex hic Constit. anni 1758 Aprilis 1. Hæc omnes Pontificiæ hic relatæ Constitutiones habentur in Collectione Mainardii, et in Bullario Benedictino. Universitatem studiorum in Civitate Leopoli a Regibus Poloniæ erectam sub directione Societatis Jesu confirmavit Clemens XIII. Constit. anni 1759 April. 1 relat. Tom. I hujus Continuat. sub num. LIX pag. 111 Concordiam inter Clericos Regulares hujus Societatis pro Collegio Civitatis Poloki, et Archiepiscopum Ritus Græci Ruthenorum ejusdem Civitatis approbavit Pontifex idem Constit. anni 1762 Junii 11. relat. Tom. II. hujus continuationis sub n. CCLXXXIV. pag. 249. Pluries Societatem Jesu commendavit Pontifex hic Episcopis in Gallis degentibus prout in quampluribus Epistolis relat. Tom. II. hujus Contin.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. **A**postolicum pascendi dominici Gregis munus Beatissimo Apostolo Petro, ejusque successori Romano Pontifici delatum a Christo Domino nulla locorum, nulla temporum condilio, nullus humanarum rerum respectus, nulla denique ratio circumscribere aut suspendere potest, quominus idem Romanus Pontifex ad omnes ejusdem Officii partes nulla ex iis prætermissa, nulla neglecta, curas suas dirigere debeat, atque omnibus incurrentibus in Ecclesia necessitatibus providere. Harum partium inter præcipuas postrema non est Regularium Ordinum approbatorum ab Apostolica Sede tutelam gerere, ac fortibus, piisque viris, qui eisdem regularibus Ordinibus sese solemniter sacramento addixerunt, suamque pro tuenda, atque amplificanda Catholica Religione, agroque Dominico excolendo strenuam operam impendant, alacritatem addere, et animum languidos et infirmos excitare, et corroborare, jacentibus, afflictisque consolationem afferre, præcipue vero ab Ecclesia fidei suæ et custodiæ concredita, omnia quæ in animarum ruinam in dies suboriuntur scandala summopere.

Hujus Instituti fundatio recedatur, plurimum Pontificum approbationes, nec non ejus merita in Religionem recensentur.

§. 2. Institutum Societatis Jesus ab homine conditum, cui ab universali Ecclesia idem qui Sanctis viris cultus, et honor tribuitur a fel. rec. prædecessoribus Nostris Paulo III. et Julio itidem III. Paulo IV. Gregorio XIII. et Gregorio XIV. Paulo V. diligenti examine perpensum, approbatum, sæpius confirmatum et ab iisdem, pluribusque aliis ab novendecim prædecessoribus Nostris ornatum peculiaribus favoribus, et gratiis, Episcoporum non modo hujus, sed superiorum etiam ætatum præconio commendatum, ut maxime frugiferum et fructuosum, ut ad promovendum Dei cultum, honorem, et gloriam, æternamque animarum salutem procurandam aptissimum, potentissimorum, piissimorumque Regum, et clarissimorum in Christiana republica Principum præsidio, et tutela usque munitum, cujus ex disciplina novem prodire viri in Sanctorum, vel Beatorum numerum relati, quorum tres Martyrii gloriam sunt consequuti, a pluribus Sanctitate claris viris, quos Beatos in Cælo novimus sempiterna perfrui gloria collaudatum, quod

Ecclesia universa longo duorum sæculorum spatio in suo sinu aluit, et fovit, ejusque Professoribus præcipuam Sacri Ministerii partem semper commisit, magno cum emolumento animarum, quod ipsa denique Catholica Ecclesia in Tridentina Synodo declaravit, ut pium.

§. 3. Hoc idem Institutum novissime fuerunt, qui per pravas interpretaciones tum privatis sermonibus, tum scriptis etiam typis in lucem editis, irreligiosum, et impium appellare, contumeliis lacerare, probro et ignominia afficere non sunt veriti, atque eo devenerunt, ut privata sua non contenti opinione, hujusmodi virus de regione in regionem nullis non adhibitis artibus derivare, atque undequaque diffundere sint aggressi, neque adhuc cessant incautis, si quos inveniant Christifidelibus, ut in proprios pertrahant sensus, subdole propinare. Quo in Ecclesiam Dei nihil injurium magis, nihil contumeliosius, quasi adeo erraverit turpiter, ut quod impium, et irreligiosum est, solemniter existimaverit Deo carum, et pium, eoque decepto sit flagitiosius, quo diuturnius ad annos scilicet amplius ducentos cum maximo animarum detrimento sinui suo tantam herere labem, et maculam sustinuerit. Huic tanto malo, quod eo longius dissimulatum tanto altius radices agit, viresque acquirit in dies diutius differre remedium justitia, quæ sua cuique asserere, et fortiter tueri jubet, et Pastoralis Nostræ erga Ecclesiam sollicitudo non sinit.

Enumerantur injuste recentissime contumelias contra pium hoc Institutum, quæ in Ecclesia Universalis injuriam maximam vergunt.

§. 4. Ut igitur tam gravem injuriam a sponsa Ecclesia divinitus Nobis concredita, atque etiam ab hac Apostolica Sede propulsemus, et hujusmodi injustas, irreligiosasque voces in animarum perniciem, et seductionem, et contra omnes æqui bonique rationes longe lateque diffusas, Nostra auctoritate Apostolica compescamus, ut Clericis, Regularibus Societatis Jesu id a Nobis pro justitia exigentibus, suus maneat status, eadem Nostra auctoritate firmius constablitus, eorumque nunc temporis summe afflictis rebus aliquod afferamus levamen. Ut demum Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum, qui ex omnibus regionibus catholicis eandem Societatem Nobis per literas magnopere commendarunt, et ex ea maximas utilitates in suis quisque Diœcesibus se capere profitentur, justis desideriis obsecundemus, motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnium prædecessorum

Ad hanc injuriam propulsendam, et eoncorde Episcoporum suffragium obsecundandum, Pontifex hoc Institutum denuo confirmat, et approbat.

Nostrorum inehendo vestigiis, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione, eodem modo, ratione, et forma, quibus ipsi edixerunt, et declararunt, Nos quoque edicimus, et declaramus, Institutum Societatis Jesu summopere redolere pietatem, et sanctitatem, tum ob præcipuum finem, quo maxime spectat defensionem scilicet, propagationemque Catholicæ Religionis, tum ob media, quæ adhibet ad ejusmodi finem consequendum, quod vel ipsa Nos hactenus docuit experientia, cum ex eadem disciplina tam multos ad hanc usque ætatem prodiisse novimus Orthodoxæ fidei propugnatores, sacrosque præcones, qui invicto animi robore, terra marique subiere pericula, ut ad gentes immanitate barbaras evangelicæ doctrinæ lumen afferrent, et quotquot idem profitentur laudabile Institutum, partim intentos juventuti Religione, et bonis artibus erudiendæ, partim operam dare spiritualibus exercitiis tradendis, partim assidue versari in Sacramentis præcipue Pœnitentiæ, et Eucharistiæ administrandis, et ad eorum frequentiorum usum fidelibus excitandis, tum homines in agris degentes divini verbi pabulo recreare, ac propterea idem Institutum Societatis Jesu ad hæc eximia perpetranda divina providentiâ excitatum, ipsi quoque approbamus et prædecessorum Nostrorum approbationes ejusdem Instituti, Apostolica auctoritate Nostra confirmamus.

§. 5. Vota, insuper quibus iidem Clerici Regulares Societatis Jesu juxta idem eorum Institutum se devovent Deo grata illi, et accepta esse declaramus; spiritualia exercitia, quæ ab eisdem Clericis Regularibus traduntur Fidelibus a mundi strepitu semotis per dies aliquot, ut de æterna sui ipsorum salute serio, et unice cogitent, ut maxime conducibilia ad reformandos mores, et ad Christianam pietatem hauriendam, nutriendamque, magnopere probamus, et laudamus; Congregationes præterea, seu Sodalitia non modo adolescentium, qui ad scholas ventitant Societatis Jesu sed quævis alia, sive scholarium tantum, sive aliorum Christifidelium tantum, sive utrorumque simul, sub invocatione Beatæ Mariæ, seu quovis alio titulo erecta, et quæ in iis pia opera ferventi studio exercentur, probamus, præcipuamque erga Beatam Dei Genitricem semper Virginem Mariam devotionem, quæ in iis Sodalitiis alitur, et promovetur, magnopere commendamus, Nostrorumque fel. rec. prædeces-

sorum Gregorii XIII. Sixti V. Gregorii XV. et Benedicti XIV. Constitutiones, quibus ea Sodalitia approbarunt, Nos Apostolica auctoritate Nostra confirmamus, cæterasque omnes Constitutiones a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris in ejusdem Instituti Societatis Jesu functionum approbationem, et laudem conditas, quarum singulas hic haberi volumus pro insertis; auctoritate itidem Nobis a Deo tradita, Apostolicæ confirmationis Nostræ robore per hæc Nostram Constitutionem munitas volumus, et si opus sit, velut a Nobis ex integro conditas, editasque censeri præcipimus, et mandamus.

§. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam Nostræ approbationis, et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sactam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXIV VII. Idus Januarii, Pontificatus Nostrî Anno Septimo.

Sanctio poenalis.

CDXLIX.

Dat. die 11
Januarii 1765
Anno VII.

Indulgentia plenaria conceditur cunctis Christifidelibus utriusque sexus visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium qualibet feria sexta Mensis Martii, itemque temporaria centum dierum pro iis qui easdem Ecclesias visitaverint qualibet feria sexta totius anni.

Clemens XIII.

Universis Christifidelibus
præsentes literas inspecturis
Salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Ad augendam fidelium Religionem, et animarum salutem celestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac S. Comunione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum, ubicumque locorum existentium in una ex sextis feriis mensis Martii per unumquemque Christifidelium pro suo libitu eligenda, ab ortu usque ad occasum solis

Vota hujusce Instituti commendantur, et pia exercitia ab iisdem Clericis Regularibus tradi solita, nec non Sodalitates institutæ, a prædecessoribus Pontificibus approbatæ, quæ hic confirmantur.

feriæ hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, et S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino indulgemus. Insuper eisdem Christifidelibus contritis, aliquam ex supradictis Ecclesiis in reliquis feriis sextis, totius anni, ut supra visitantibus, et orantibus, qua feria prædictarum id egerint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus, presentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium, aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipatur, præsentia nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die XI. Januarii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDL.

Collegium Cursorum vulgo *Pasantes* pro studiis Religiosorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum institutum in Conventu B.M.V. de Virtutibus in Provincia Castellæ confirmatur, et approbatur una cum statutis pro ejusdem Collegii directione.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus, sollicitudo Nos urget, ut paternam Christifidelium Altissimi obsequiis sub arctioris vitæ Regularis Instituto mancipatorum, curam peculiari charitate gerentes, ea, quæ pro felici prosperoque illorum regimine, et gubernio provide constituta esse noscuntur, quo firma semper, atque stabilia permaneant, Apostolici muniminis præsidio robaremus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Fabrianus Rodriguez Minister Provincialis Provinciæ Castellæ Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod per Diffinitorium ejusdem Provinciæ quædam Statuta confecta fuerunt pro erectione, et institutione Collegii Cursorum vulgo *Pasantes* nuncupatæ in uno ex prædictæ Provinciæ Conventibus ut illo Scholastici Religiosi, qui in Collegiis Complutensi, et Salmaticensi memoratæ Provinciæ studiorum cursum ad tramites Constitutionum Ordinis jam expleverint, amplius expleantur; ac perficiantur, donec ad Lectorum, et Prædicatorum Officia assumantur, cum pluribus aliis, quæ ad hujusmodi Cursorum Collegii stabilitatem, bonum regimen, et Religiosum decorem pertinent; ideoque eadem Statuta, et dicti Collegii Cursorum erectionem, seu institutionem pro perpetua eorum firmitate, et stabilitate, Nostræ, et Apostolicæ Sedis auctoritate approbari, et confirmari maxime desiderabat. Nos vero erectionem Collegii hujusmodi, nec non statuta pro ejus gubernio confecta Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositis cum supplici libello Nobis oblato examinanda remissimus, qui referente dilecto filio Nostro Joanne Constantio Diacono Cardinale Caracciolo de Santobono nuncupato, ac prædicti Ordinis apud Nos, et hanc Sanctam Sedem Protectore, tum erectionem dicti Collegii Cursorum, tum statuta prædicta approbanda censuerunt = Tenor autem statutorum est, qui sequitur =

» Nonis Augusti Anno MDCCLXIII congregatum Rev. Diffinitorium hujus Provinciæ Castellæ, Legionis, et Navarræ Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in hoc Martritensi Conventu, ut ageret, atque tractaret de erectione Collegii Cursorum, cujus necessitatem, præter alias gravissimas rationes, satis jam demonstrabant ab antiquo iterati totius Provinciæ clamores; postquam diu, ac serio hac de re actum est, tandem, nemine discrepante, sequentia statuit, et ordinavit.

CAPUT I.

Collegii Institutio

» Instituitur Collegium Cursorum, vulgo *de Pasantes* in Conventu Sanctæ

Nonnulla statuta Diffinitorium Generale hujus Ordinis condidit pro erectione, et directione Collegii Studiorum erigendi in Provincia Castellæ.

Dat. die 15 Januarii 1765 Anno VII.

Referitur Statutorum tenor.

» Mariæ de Virtutibus. Terra enim illa
» spatiosa, atque sanissima, placido,
» constantique aere præstat, ac insuper
» solitarius locus est, scientiarum stu-
» dio optime conducens. Ut vero pri-
» mum Cursores ibi degere incæperint,
» Collegium appelletur.

CAPUT II.

De Rectore

» Prælati, Rector denominan-
» dus, sit semper, aut Magisterii, aut
» saltem Baccalaureatus gradibus a Pro-
» vincia insignitus; neque unquam ad
» hujusmodi assumi valeat officium,
» Prædicator Generalis, etiamsi Pro-
» vincia Pater existat. Si autem Magi-
» stri, aut Præsentati defuerint, qui
» eo fungi velint, assumi possit (omni
» tamen partium studio postposito) Le-
» ctor emeritus; de quo fama, publi-
» ca vox, et communis invaluerit opi-
» nio, quod egregie, exacteque duo-
» decim, aut quatuordecim Lecturæ
» annos consumaverit. Sit etiam mo-
» ribus probatus, acri judicio, ac vi-
» ribus par ad ea substinenda onera,
» quæ ultra communia suo officio im-
» pendentia fuerint sibi imponenda.

» Quoniam verò in electionibus
» partium studia, et sollicitudines a
» Religiosis viris perquam alienæ, et ma-
» xime damnosæ iis, qui spirituali,
» sublimique virtutum, literarumque
» exercitio penitus se se dederunt, oriri
» plerumque solent; Rectoris electio
» non ab ipsis Cursoribus, sed in Pro-
» vincialibus Comitibus, ad tramites Sa-
» crarum Ordinis Constitutionum Ca-
» pite XXXIV. libri I., et juxta formam
» qua eliguntur Ministri Romani Col-
» legii, et Conventus Neapolitani, pe-
» ragatur.

» Si temporis progressu a Pro-
» vincia, Sancta Sede annuente, sta-
» tuatur, quod omnium Ministrorum
» electio in Provinciali Capitulo fiat,
» Rector quoque Collegii Cursorum eis-
» dem modo, forma, ritu, ac sole-
» mnitate, quibus cæteros eligi Mini-
» stros contigerit, eligatur.

CAPUT III.

De Regentibus

» Duo habeantur Regentes, qui
» Lectores esse debeant, notæ probi-
» tatis, idoneitatis, ac in studiis cu-
» ræ, et diligentia. Ab iisdem exigat

Bull. Rom. Tom. III.

» tur, ut saltem per quadriennium in
» Collegiis Complutensi, aut Salmantino
» Lecturam prius exercuerint. Si autem
» inter Provinciae Lectores aliquis, vel
» aliqui habeantur, in quibus hujus-
» modi requisita præcellere constet,
» etiamsi quadriennem Lecturam in
» iis Collegiis non expleverint, aliis præ-
» ferantur.

» Injungitur Adm. R. P. Mini-
» stro Provinciali pro tempore existen-
» ti, ut in hujus Collegii Regentes eos
» tantum eligat, qui præscriptis pol-
» leant conditionibus: Prout etiam quan-
» tum fieri possit circumspiciat, ne
» Lectores in Regentes deputandi in
» Cursorum habeant Collegio, qui prius
» ipsorum fuerint discipuli, sic enim
» partium studia, quæ inde derivare
» possent, præcaventur.

CAPUT IV.

De Cursoribus, eorumque delectu

» Cursores eodem modo deli-
» gantur, qui in Sacris Ordinis Consti-
» tutionibus præscriptus reperitur. Hic
» solum commemorasse sufficiat, quod
» ad earum tramites hujusmodi hono-
» rificus titulus, munusque ei adnexum
» iis tantum conferri valeat, qui plus
» profecerunt, et a quibus nostra Re-
» ligio uberiores fructus colligere sperat.

» Si de quibus hæc sperare li-
» ceat, tot fuerint, ut numeratis aliis
» in Collegio jam degentibus, quinde-
» cim excedant, ad quem usque nu-
» merum, et non ultra, Cursores ha-
» beri possint, ex melioribus optimi
» seligantur ad præstitutum numerum
» implendum. Si autem Collegii facul-
» tates excreverint, et aliqui adfuerint
» Cursoratu digni, Minister Provincia-
» lis de voto Examinatorum, supra nu-
» merum præfixum, eos admittere valeat.

» Ad potiora adspirantium me-
» rita disquirenda, imminente jam tem-
» pore, quo quartus Theologici cursus
» annus in Scholis Provinciae termina-
» tur, qui per quadriennium illi ope-
» ram dederint a Provinciali Ministro
» admittantur ad propugnandam, nul-
» lo auxiliante, unam ex assignatis per
» triduum ante Theologicis thesibus,
» quam oppugnabunt duo Collegæ, ar-
» gumenta proponendo, et duo Lecto-
» res replicabunt; quod experimentum
» duas saltem horas durare debeat;
» districtèque prohibeatur, ne quis
» hujusmodi periculum subeunti argu-
» menta prius communicet, sub pœna

» amotionis a Collegio adversus utrum-
» que executioni demandanda.

» Propugnanda thesis a Collegii
» Regentibus unicuique assignetur, scien-
» tibus, approbantibusque duobus PP.
» Magistris, qui nisi adfuerint, duo
» ex antiquioribus Lectoribus ad id
» adhibeantur. Caveant tamen, ne as-
» signanda quæstio ex illis fuerit, quas
» periculum subiturus alias publice, aut
» private propugnaverit.

» Examine terminato, quilibet
» ex PP. Magistris, sive Lectoribus se-
» creto adnotet suum de acto experi-
» mento iudicium. Postquam vero sin-
» gulorum expletum fuerit examen, si-
» mul congregentur de re agentes pro-
» feratque unusquisque, quam tolerit
» censuram, eaque inter se conferant,
» et numerent, ac pro electo habeat-
» tur, qui plura pro se retulerit suf-
» fragia.

» Si forte contigerit, quod col-
» lato suffragiorum numero, dubium
» emergat, quoniam in censu aliquis
» haberi debeat, ab eisdem Magistris,
» sive Lectoribus per secreta suffragia
» dirimatur, et adversus eorum reso-
» lutionem Minister Provincialis nullum
» valeat interponere arbitrium in agen-
» do delectu, irritum, et inane decer-
» nentes quidquid contra facere præ-
» sumpserit, ne electio aliter peracta
» ullo unquam tempore suffragetur ele-
» cto ad Lecturas, et cætera officia ca-
» pessaenda.

» Inæherentes Ordinis Constitutio-
» nibus, quoad tempus Cursoratus, sta-
» tuimus, ne ultra quadriennium, nec
» infra triennium exacte completum
» durare valeat.

CAPUT V.

Temporis distributio.

» A festo Sancti Lucæ ad Kalen-
» das Majas surgant Cursores a somno
» hora quinta matutina, Excitatore eos
» ante horæ dimidium monente. Stu-
» deant inde usque ad septimam: a
» septima per horæ dimidium se ad
» Missam præparent, aut spirituali vacent
» lectioni; mox, qui Sacerdotes
» fuerint, rein Divinam faciant. Post ho-
» ram septimam cum dimidio, horas
» minores recitabunt, Sacrumque Con-
» ventuale decantabunt, Dominicis ta-
» men, festisque diebus, qua hora in
» certis Conventibus celebrari solet, ibi
» quoque celebretur. Postea reficiantur,
» studiumque resumant, donec fiat si-

» gnium ad disputationem, quæ hora
» decima cum dimidio incipiat, et una
» hora duret, eamque prædium se-
» quatur. Post illud confabulatio aliquo
» tempore, deinde quiescant in Cellis;
» et hora secunda pomeridiana Vespe-
» ras, et Completorium recitabunt: post-
» modum aerem excipiant, atque spa-
» tiantur. A tertia ad quartam pome-
» ridianam in ternos, seu quaternos,
» juxta eorum numerum divisi, de re-
» bus ad studia pertinentibus simul con-
» ferant; unus tamen ex Regentibus
» curet, ut huiusmodi collationes cir-
» ca ea versentur, quæ intra hebdo-
» madam discussa, aut postridie discu-
» tienda fuerint. A quarta ad quintam
» legant eruditionum, aut variarum
» lectionum libros, nec prohibetur;
» quod aliqui, Rectore permittente, do-
» mo exeant ad ejusmodi lectionem ha-
» bendam in vicinia Collegii: nemo
» autem solus exeat, nec aliquis, etiamsi
» associatus, accedere possit ad ullum
» oppidum. A quinta, horæ dimidio
» orationi meditando vacent; inde Ma-
» tutinum incipiant officium, quo ab-
» soluto ad studendum recedant usque
» ad octavam, qua hora ad Refecto-
» rium pergant. Post cenam confabula-
» tio, et demum cubitum successio.

» A Kalendis Maii ad diem vi-
» gesimam Septembris, hora quarta ma-
» tutina surgant; usque ad sextam cum
» dimidio studeant: cætera vero pro-
» sequantur, ut supra sunt statuta. Di-
» sputatio quoque eadem hora fiat, et
» proportionem servata, cuncta, quæ
» mane agenda sunt exequantur. Vespe-
» ræ vero, et Completorium hora ter-
» tia pomeridiana recitentur; a quarta
» ad quintam, matutinum, inde ad
» sextam; ut supra divisi conferant;
» postmodum usque ad septimam cum
» dimidio varia lectio; mox Oratio ve-
» spertina: hora octava cenabunt; de-
» mum confabulatio, cubitumque suc-
» cessio.

» A die vigesima Septembris ad
» Festum S. Lucæ eodem modo distri-
» buantur horæ quoad Chori functio-
» nes, ac hiberno tempore.

» Literaria exercitia hæc erunt:
» Quatuor saltem in hebdomada dispu-
» tationes habeantur: bis vero in men-
» se, quæ Dominicales appellantur. Ho-
» ris hæ pomeridianis expleantur, et
» duas horas durent, a tertia scilicet
» ad quintam, a festo S. Lucæ ad Kalen-
» das Majas; inde ad Kalendas Se-
» ptembris, a quarta ad sextam. Iis die-
» bus, quibus Dominicales habeantur,

» Matutinum hiemali tempore a quin-
» ta ad sextam; æstivo a sexta ad se-
» ptimam persolvatur: Vesperæ, et
» Completorium horis jam præscriptis.

» Disputationibus alternis vicibus
» a Cursoribus sustinendis intersint;
» P. Rector, Patresque Regentes; hi
» vero, non ille, alternis hebdomadis
» præsent: idemque in Dominicalibus
» servetur. In Ordinariis disputationibus
» soli Cursores argumenta ordine suo
» proponant; ab antiquiori incipientes:
» in Dominicalibus duo Cursores argu-
» menta quidem proponant; sed Re-
» ctor, et Regens, qui a præsentia
» vacet, replicabunt.

CAPUT VI.

Collegii Exercitia statuuntur

» A festo S. Lucæ ad festum
» Sancti Joannis Baptistæ ex quatuor
» disputationibus in singulas hebdoma-
» das affixis, duæ ex Theologia Scho-
» lastica desumantur; bis tantum in
» mense quæstiones Scholastico Dogma-
» ticæ discutiantur: aliæ vero duæ sint
» de Sacra Scriptura, videlicet super
» veteri, novoque Testamento. Quæ
» Dominicales appellantur, semper ex
» Theologia Scolastica excerptantur.

» A festo Præcursoris ad diem
» vigesimam Septembris exclusive idem
» disputationum numerus per hebdo-
» madas habeatur: at vero ex illis duæ
» sint Philosophicæ, ab ipsa Dialiecti-
» ca incipiendo; cæteræ duæ de Mo-
» rali Theologia ex probatis Doctoribus
» desumptæ. Toto hoc temporis inter-
» vallo durante, cessent Dominicales;
» earumque loco Regentes alternatim
» a quarta ad quintam horam pome-
» ridianam explicent unum ex Nostro-
» rum Constitutionum capitibus, du-
» biisque a Cursoribus proponendis re-
» spondeant.

» A vigesima die Septembris ad
» vigesimam octavam ejusdem inclusi-
» ve spiritualibus vacent exercitationi-
» bus, normâ desumpta ab iis, quas
» Beatissimus Ignatius de Loyola præ-
» scripsit.

» A festo Archangeli Michaelis
» ad usque decimam nonam Octobris
» quodcumque cesset scholasticum exer-
» citium: Cuncti tamen Cursores sin-
» gillatim latino elucubrabit sermone
» Orationem habendam mane S. Lucæ
» post Missarum solemniam. Ad horæ
» quadrantem, parum plus, minusve
» ejusmodi exigatur Oratio, sitque stu-

Bull. Rom. Tom. III.

» diorum parænetica: In ea Sacræ Scri-
» pturæ, ejusque filiæ, Sacræ nimi-
» rum Theologiæ, laudes efferantur,
» neque ancillarum mentio desideretur
» aliarum nempe scientiarum; qua-
» rum explicetur utilitas. Ad Oratorem
» designandum octo dies ante festum
» S. Lucæ afferant omnes, quas elucu-
» braverint, Orationes ad P. Rectorem
» qui ipsis adstantibus Cursoribus, sor-
» te extrahat Oratoris nomen, et cui
» sors obtigerit, pro rostris suam stato
» die dicat. Omnes hoc pacto in rem
» valde utilem operam conferant; licet
» unus sit verba facturis: atque ita
» cultiori latino sermone omnes incum-
» bent, cujus ignorantia scientiis præ-
» tium imminuit, earumque Professo-
» res ludibrio exponit.

CAPUT VII.

De Vacationum diebus.

» A die quoque vigesima tertia
» Decembris ad secundam Januarii ex-
» clusive cessent literaria exercitia: Item
» per octiduum ante feriam quartam
» Paschatis exclusive, et in triduo Pen-
» tecostes.

» Præterea singulis hebdomadis
» die uno a studio quiescant, quo die
» si e Collegio exire valuerint omnes
» simul exeant, ad Campestria tantum:
» hinc quatuor singulis hebdomadis affi-
» xæ sunt disputationes.

» Quatenus ob aliquam festivi-
» tatem, aut in honorem alicujus ex
» Cælitibus P. Rectori congruum vi-
» deatur a literaria exercitatione cessa-
» ri, illa hebdomada aliis feriatis dies
» denegatur.

» Si vacationum diebus domo
» exire nequiverint, provideat P. Re-
» ctor, ut, quod in deambulatione in-
» sumendum fuisset, tempus, alio ho-
» nestæ, religiosæque oblectationis ge-
» nere compensetur.

CAPUT VIII.

De Concuribus.

» Quum Prælati Provincialis,
» convocatorias ad Scholasticos concu-
» sus habendos dederit, pro convoca-
» tis habeantur, quin et in literis ipsis
» id exprimatur, quotquot ex Curso-
» ribus triennium Cursoratus absolve-
» rint in hoc, et in Romano Collegiis.

» Adcurrant igitur præstituto tem-
» pore ad Conventum in Literis desi-

» gnatum : oportuna tamen videtur ,
 » quod Concursus in hoc habeatur Col-
 » legio , ne nimis Cursores graventur
 » sumptibus.

» Si patrato Concursu, alicui Con-
 » currenti officium conferatur, Cursor-
 » ratus illico pro vacante habeatur: Sin-
 » autem officio vacuus discedat, ad
 » absolvendum quartum Cursoratus an-
 » num, regrediatur.

» In quolibet Concursu implean-
 » tur Cathedræ Philosophiæ, et Theo-
 » logiæ, nec non Prædicaturæ, quæ
 » vacuæ fuerint, aut quas ante futu-
 » rum Concursum vacare contigerit.

» His propro officiis Cursorum
 » merita remunerentur: et quemadmo-
 » dum Lectores jubilati, antiquitatis in
 » Lectura ordine servato, Præsentati,
 » aut Magistri gradus assequuntur, sic
 » disponentibus Nostris Constitutionibus:
 » ita etiam Prædicatorum generalium
 » gradus conferantur Cursoribus, qui
 » in Prædicatores majores instituti fue-
 » rint, postquam tamen Prædicationis
 » duodennium a nostris Sacris Legibus
 » præscriptum compleverint.

» Nolumus tamen præcedenti Sta-
 » tuto quidquam detractum iis Prædi-
 » catoribus jubilatis, qui ad earundem
 » Constitutionum tramites, jus habeant
 » ad Prædicatorum generalium gradus
 » a Rev. Diffinitorio dignioribus confe-
 » rendos: sed eorum jus salvum, et
 » illæsum persistat, donec adfuerint
 » Prædicatores jubilati ante hæc statu-
 » ta Prædicaturam assequuti.

» Hujus quoque Statuti vigore
 » quoad collationem graduum Prædica-
 » torum generalium declaramus, in
 » posterum eos Prædicatores emeritos, qui
 » Cursum in hoc, aut in Ro-
 » mano Collegiis expleverint, eisdem
 » frui debere exemptionibus, ac privi-
 » legiis, quibus Lectores jubilati frui
 » solent; sola prælatione in sedendo,
 » et præcedendo Lectoribus jubilatis præ-
 » servata.

» Ubi ad Concursum agendum
 » stiterint Cursores, Minister Provin-
 » cialis, accuratis prius receptis noti-
 » tiis, præsertim a Rectore, et Re-
 » gentibus, præter ea specimina, quæ
 » ipse viderit, de uniuscujusque inge-
 » nio, moribusque; decernat, quod
 » ex eis nonnulli experimenta subeant
 » oportuna ad Cathedrarum, alii vero
 » ad Suggestus exercitia. Prioribus ita-
 » que propugnandæ theses assignen-
 » tur juxta stylum, atque præscriptum
 » in Sacris Constitutionibus, et in hi-
 » sce Statutis: Posteriores vero præle-

» gant super Sacris Bibliis, selecto ab
 » unoquoque themate post trinam sor-
 » titionem, duas nempe in veteri, unam
 » vero in novo Testamento. In cæteris
 » eadem, quæ pro Concursibus ad Ca-
 » thedras stabilita sunt, quoad hos
 » quoque servetur.

» Si inter Cursores nemo adfue-
 » rit præscriptis, tum ad Lecturas,
 » tum ad Prædicaturas qualitatibus pol-
 » lens, arbitrio Ministri Provincialis, et
 » Judicum earum collationes aliis di-
 » gnioribus faciendæ reservantur.

CAPUT IX.

De aliis in Collegio degentibus

» Quoniam in Cursorum Colle-
 » gio, præter hos, aliorum quoque
 » Religiosorum opera necessaria digno-
 » scitur; qui in Collegio Sanctæ Ma-
 » riæ de Virtutibus præ cæteris neces-
 » sarii fuerint ad agrorum curam, elee-
 » mosynarum quæsturam, aliaque offi-
 » cia exercenda, quibus Regularis Co-
 » munitas maxime indiget, prudentiæ
 » ac diligentiæ Rectoris, cum Ministri
 » Provincialis approbatione, destinandi
 » reservantur, habita ratione eorum,
 » quos conducentiores agnoverint, ut
 » Collegium ipsum rebus omnibus sit
 » instructum: nec in aliis officiis per-
 » quæ a propriis, quibus sunt desti-
 » nati, distrahantur, valeant occupari.
 » Potissimum invigilet Rector,
 » ne Cursores ad habitaculum, in quo
 » hospites excipiantur, aliquando per-
 » gant, et suam quoque curam in id
 » adhibeant Regentes; volumus enim
 » quod Prælati nulli parcat diligen-
 » tiæ, ut Cursores suum munus exacte
 » impleant. Cum eis tamen agat prout
 » decet laborantes in obsequium, ho-
 » num nomen, et decorem totius Pro-
 » vinciæ, quos proinde prosequi debe-
 » mus, amore, et existimatione.

CAPUT X.

De Cursorum Cellis

» Quilibet Cursor solus in Cella
 » degat, ut etiam Sacræ jubent Consti-
 » tutiones lib. I. Cap. XV, et omnino
 » serventur ibi disposita §. ultimo. Sin-
 » autem ob Collegii angustiam, ut hi-
 » ni in una degerent Cella, nec foret, id
 » primum in cæteris Religiosis, qui de
 » familia fuerint, servetur, et non nisi
 » extrema urgente necessitate ad Cur-
 » sores extendatur.

CAPUT XI.
De officio erga vicinos
P. P. Augustinianos.

Parvam considerantes hujus No-
stri Collegii distantiam a Madrigalii
Oppido, in quo Conventum obtinent
Augustiniensis Ordinis Religiosi, libi-
que suam cogunt Provincialia Comi-
tata; quatenus P. Rector Cursorum
decori, nostræque Provinciæ, et Or-
dinis splendori id conducere putave-
rit, nec ullum inde sortitum prævi-
derit obstaculum, potestatem ei fa-
cimus tres, aut quatuor ex Cursori-
bus ipsis seligendi, eosque mittat ad
proponenda argumenta, adversus pu-
blicas theses, quas occasione hujus-
modi Comitiorum inclyti illius Ordi-
nis Alumni propugnare solent.

CAPUT XII.
De officio Curatorum

Procuræ officium (Cursoribus) vetitum.
Caveat Rector, ne ipse com-
mittat, aut ab alio Superiore alicui
ex Cursoribus committi sinat titulum
munusve Procuratoris. Quapropter si
aliquando Collegio expediendum oc-
currat negotium in Civitate, Oppi-
do, Loco, Pago, Ruri, aut alibi,
Cursores ut ad illum expediendum
pergant, omnino vetantur; præter-
quam ubi res urgeat, dilationemve
non patiatur, nec copia habeatur
alterius Religiosi, aut Familiaris, si-
ve etiam Amici, cui committi possit.

CAPUT XIII.
De Annualibus informationibus.

Quotannis Mensè Januario ine-
unte Rector, atque Regentes Mini-
strum Provinciale accuratissime, et
per quam exacte instructum reddant
de Collegii statu; profectus, et Col-
legiarum moribus, studiis, ac disci-
plina. Quilibet autem ex ipsis sejun-
ctim, ac altero prorsus inscio id ex-
sequatur, proprio firmans juramen-
to, atque subscribens clausula quam
exaraverit relatione.

Si inde Minister Provincialis
dignoscat, aliquos in Collegio ades-
se, aut nimiam desides, aut pravis
moribus inquinatos, pacisque, aut
studiorum perturbatores, pervicaces,
et in Superiorem refractarios, atque
rebelles, Collegio statim amoveat,

inhabilesque perpetuo declaret ad Ca-
thedras, et Prædicationem exer-
cendas.

CAPUT XIV.

De Concionibus habendis.

In Collegio Prædicatorem Ma-
jorem adesse volumus. Sermones au-
tem in festis Sanctissimæ Trinitatis
Beatissimorum Proto-Parentum, ac
Sanctæ Mariæ de virtutibus Rector a
Regentibus habendos præscribat qui-
bus justo stipendio laboris mercedem
pendat ex Collegii facultatibus.

Ut vero Cursores Collegio si-
mul inserviant, et in Sancta Prædi-
catione instruantur; designentur ad
sermones habendos in majori hebdo-
mada, cæterosque qui haberi solent
in proximis Pagis, aut Oppidis, a
quorum eleemosynis magna ex par-
te ejusdem Collegii alimonia pendet
et in futurum magis pendere spera-
tur.

Quum aliquis Cursor e Col-
legio ad Oppidum sermonem ibi ha-
biturus porrexerit, teneatur omnino
postera die a Concione habita ad Col-
legium reverti: pridie autem, et
non ante e Collegio discedat.

CAPUT XV.

De familiari conversatione inter Cursores

Summam pariter adhibeat cu-
ram, ac diligentiam P. Rector, ut
Cursores seipsum interogent, et in-
vicem colloquantur urbane, ac hone-
ste, præsertim, ut evitent contume-
lias, satyricos sales, atque inurbana
dicteria, quæ discordiarum esse so-
lent Sæminaria. Nequaquam tamen
prohibemus lepida dicta, jocosque
innocuos, et urbanos, quos Eutrape-
liæ virtus regit, nec reprehendi ul-
lo modo possunt, eisquæ cum mo-
deramine tamen, inter se agere va-
leant, si quando vana credulitate, aut
vulgi opinione se decipi quis passus
fuerit, aut si exoticas, ineptas ple-
beasque voces usurpaverit, aut in
pronunciatione, scriptione, vel simi-
libus barbarum quid resonaverit, aut
exoraverit.

CAPUT XVI.

Gomica vetantur.

» Si in feriis Natalitiis, aut aliis,
 » Cursoribus liberit eruditum aliquod
 » aut ingeniosum certamen, Acade-
 » mi- co, ut ajunt, more instituere, P. Re-
 » ctor annuat, illudque moderetur. Nul-
 » la tamen de causa, etiamsi aliorum
 » intercesserint officia, comicas agi fa-
 » bulas permittat, multoque minus fa-
 » minéo personatos habitū incedere:
 » præter enim eas, quæ in Sacris Ca-
 » nonibus hac de re extant prohibito-
 » nes, aliena prorsus sunt a nostra Re-
 » gulari professione, æque ac litera-
 » rum studiis.

» Quatenus vero, ex gravissima
 » causa tollerandam putaverit idem Re-
 » ctor comicam aliquam actionem,
 » nullus ex sibi subditis actoris partes
 » ineat, sed solum spectatores esse per-
 » mittatur.

CAPUT XVII.

De Subsidiis

» Inviolabiliter observetur, quod
 » omnes Conventuum Ministri quorum
 » Alumni inter Collegii Cursores re-
 » censeantur, eorum singulis, ac etiam
 » Regentibus unoquoque triennio re ve-
 » stiaria ita provideant, ut etiamsi in
 » aliquo Conventu degentibus Religiosis
 » singulis triennis eam suppeditari so-
 » litum non fuerit, teneantur tamen
 » suis Alumni in Collegio degentibus
 » illam præbere.

» Ut Collegii subsistentiæ, et Re-
 » gentium, Cursorumque subsidiis con-
 » sulamus, annuus redditus trium mil-
 » le quadrigentorum, et octo Regalium
 » de Vellione pro Dote hanc in cau-
 » sam assignatur, tali ratione distribu-
 » endos: cuique ex Regentibus annua
 » trecenta Regalia; cuique vero ex Cur-
 » soribus oleum lucernæ, papyrus, et
 » alia ad subscribendum necessaria,
 » calceorum saltem paria duo, inter-
 » narum, externarumque vestium mun-
 » dicies, nec non in pecunia, Regalia
 » triginta ad certas indigentias, quo-
 » tannis respective suppeditentur.

» Quidquid inde superest, pri-
 » mo triennio insumatur in providen-
 » dis de re vestiaria interna, tum Re-
 » gentibus, tum Cursoribus, et in re-
 » staurandis eorum habitationibus, ac-
 » ceptique, et insumpti rationem Re-
 » ctor separato calculo reddat Provin-

» ciali Ministro, ac Definitorio in Ca-
 » pitulo: transacto autem primo trien-
 » nio quidquid supersit in necessariis
 » Collegii usns erogetur.

» Ne quod, tum Regentibus,
 » tum Cursoribus præbendum esse hic
 » præscribitur, subministrari negligat-
 » ur P. Procuratori qui curam habue-
 » rit, exigendi hujusmodi redditus, in
 » mandatis dare valeant, ut penes se
 » retineat quidquid ipsis suppeditandam
 » fuerit, donec de eos sint satisfacti.

CAPUT XVIII.

De Bibliotheca

» Ad Collegii Bibliothecam, quæ
 » proprie communis est toti Provinciæ,
 » Codicibus locupletandam, suam sym-
 » bolam conferant omnes Conventus in
 » illius usum aliquot libros, ex iis præ-
 » sertim, quos duplices habeat, con-
 » cedendo: idemque faciendum opta-
 » mus a Patribus Capitularibus pro cu-
 » jusque viribus. Neque hac in re alie-
 » natio subesse judicetur, sed potius
 » laudabilis usura; quod enim lucrum
 » ex librorum studio percipimus, tali
 » eorum concessione universa sentiat
 » Provincia.

» Hinc etiam Mortuorum libri,
 » qui in eorum Conventibus non desi-
 » derentur, et Collegio utiles fuerint,
 » eidem applicentur Bibliothecæ.

» Curet quoque P. Minister Pro-
 » vincialis, ut modis opportunis elen-
 » chum a singulis recipiat Conventibus
 » eorum librorum, quorum duplicia
 » retineant exemplaria, suaque satagat
 » prudentia, et vigilantia, ut ad ditan-
 » dam novi Collegii Bibliothecam in-
 » ferantur.

CAPUT XIX.

De horum Statutorum interpretatione

» Quæcumque circa hæc statuta
 » occurrerint dubia, præter exploratio-
 » nem Sententiæ eorum, a quibus sub-
 » scripta fuerint, donec in humanis
 » egerint, dirimantur quoque ad Sa-
 » crarum Constitutionum, legumque
 » municipalium tramites, spiritum pot-
 » tius, quam verborum corticem scruta-
 » ndo. Si inde decisio hauriri nequeat,
 » ad jus commune res redeat, et viri
 » de eo periti consulantur.

CAPUT XX.

De eorumdem observatione.

» Qua die Rectoris officium quis
 » administrandum susceperit, coram
 » tota Communitate horum Statutorum
 » observationi juramento se obstringat,
 » quodque ea, tum a Regentibus cum
 » a Cursoribus viriliter observari faciet.
 » Regentes item pro eo, quod sua in-
 » terest, iuramentum in manibus Re-
 » ctoris perhibeant prima die sui exer-
 » citii; et hi omnes quotannis kalendis
 » Januarii illud iterent.

CAPUT XXI.

De Conservatore eligendo.

» Studiosorum virorum cœtus
 » præ aliis Protectore indigent: proin-
 » de, ut primum Collegium formatum
 » fuerit, illius congregetur Communi-
 » tas, maturaque deliberatione, ac ju-
 » xta formam a jure præscriptam Con-
 » servator Judex eligatur, ut ubi is de-
 » fecerit, alter subrogetur.

CAPUT XXII.

Facultates Ministri Provincialis

» Amplissimæ tandem a Rev.
 » Diffinitorio R. P. Provinciali Ministro
 » tribuuntur facultates, ut hæc Statuta
 » his, aliisque verborum formulis, et
 » concinnius, si opus fuerit, ornentur,
 » et Provinciae sumptu typis edantur,
 » ac publicentur.

» Ita decreverunt, ac statuerunt
 » congregati Rev. Diffinitorii Patres. Ma-
 » gister Fr. Fabrianus Rodriguez Pro-
 » vincialis Minister = Fr. Didacus a Cru-
 » ce primus Diffinitor = Fr. Franciscus
 » Fernandez de Quevedo secundus Dif-
 » finitor = Fr. Josephus Valdenebro,
 » et Tapia tertius Diffinitor = Fr. Joanes
 » de Turre quartus Diffinitor = Ita
 » est, et de eo fidem perhibeo Fr. Em-
 » manuel Colina a Secretis.

» §. 3. Quare prædictus Minister Pro-
 » vincialis Nobis humiliter supplicari fe-
 » cit, ut pro perenni dicti Collegii Cur-
 » sorum stabilitate, ejus erectionem, tum
 » etiam Statuta, quæ pro ejus bono re-
 » gimine, et directione per Diffinitorium
 » Provinciale; ut præfertur, confecta sunt
 » et a prædicta Congregatione Cardina-
 » lium probata, quo firmiter subsistant,
 » et serventur exactius, Apostolicæ con-
 » firmationis Nostræ præsidio; ac patro-

cinio communire de benignitate Apo-
 stolica dignemur.

» §. 4. Nos igitur ipsius Ministri Pro-
 » vincialis votis hac in re, quantum cum
 » Domino possumus favorabiliter annue-
 » re volentes, eumque a quibusvis ex-
 » communicationis, et interdicti, aliis-
 » que Ecclesiasticis censuris, sententiis,
 » et pœnis, quovis modo, et quacumque de
 » causa latis, si quas forte incurrit, hujus
 » tantum rei gratia absolventes, et absolutos
 » fore censentes, hujusmodi supplicatio-
 » nibus inclinati de memoratorum Cardina-
 » lium consilio, erectionem, et institu-
 » tionem Collegii Cursorum, vulgo *Pa-*
 » *santes*, nec non statuta, et decreta
 » præinserta, ac omnia, et singula in
 » eis contenta, ea tamen lege, ut Cur-
 » sores illi, qui hic, et nunc sunt in
 » propriis Conventibus, libertatem habeant
 » ad Collegium concurrendi, et ad al-
 » tiora studia se se accingendi, firmis
 » autem remanentibus privilegiis, de qui-
 » bus loquantur Constitutiones Ordinis li-
 » bro II. Cap. V. Tit. de Cursoribus fa-
 » vore non concurrentium, et in propriis
 » Conventibus remanere volentium, aucto-
 » ritate Apostolica, tenore præsentium con-
 » firmamus, et approbamus, illisque in-
 » violabilis Apostolicæ firmitatis robur,
 » adjicimus, ac omnes et singulos juris,
 » et facti defectus, si qui desuper quo-
 » modolibet intervenerint, supplemus,
 » salva tamen semper in præmissis au-
 » ctoritate memoratæ Congregationis Car-
 » dinalium.

» §. 5. Decernentes, ipsas præsentibus
 » literas semper firmas, validas, et effi-
 » caces existere, et fore, suosque plena-
 » rios, et integros effectus sortiri, et ob-
 » tinere, ac illis, ad quos spectat, et
 » pro tempore spectabit, in omnibus,
 » et per omnia plenissime suffragari, et
 » ab eis respective inviolabiliter observa-
 » ri; sicque in præmissis per quoscum-
 » que Judices Ordinarios, et Delegatos
 » etiam causarum Palatii Apostolici Au-
 » ditores judicari, et definiri debere, ac
 » irritum, et inane si secus super his
 » a quocumque, quavis auctoritate, scien-
 » ter, vel ignoranter contigerit attentari.

» §. 6. Non obstantibus Constitu-
 » tionibus, et Ordinationibus Apostolicis
 » ac quatenus opus sit, quibusvis etiam
 » juramento, confirmatione Apostolica, vel
 » quavis firmitate alia roboratis statutis,
 » et consuetudinibus; privilegiis quoque
 » indultis, et literis Apostolicis superio-
 » ribus, et personis sub quibuscumque
 » tenoribus, et formis, ac cum quibusvis
 » etiam derogatoriis derogatoriis, aliis-
 » que efficacioribus, efficacissimis, ac in-

Pontifex præci-
 bus annuit, at-
 que Statuta
 confirmat, et
 approbat.

Clausula su-
 blata, et de-
 cretum irri-
 tans.

Derogatio con-
 trariorum.

solitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima quinta Januarii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto, Pontificatus Nostri anno Septimo.

Dat. die 24. Januarii 1765 Anno VII.

CDLI.

Confirmatio Ordinationum factarum in actu Visitationis a Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum pro Conventu Cadicensi, et pro reformatione Cappellæ Ecclesiæ ejusdem Conventus adnexæ pro Tertiariis secularibus utriusque sexus.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. In supremo militantis Ecclesiæ solio per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio constituti, ea, quæ pro salubri Religiosorum virorum sub sui Christi jugo, arctiorisque disciplinæ instituto mancipatorum administratione, regimine, atque gubernio provide, atque sapienter constituta, et ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata servantur, nec temerario cujusquam ausu violentur, Apostolici muniminis Nostri patrocinio libenter roboramus.

Exponuntur abusus derivantes ex nimio ornatu Cappellæ Tertiariarum Ecclesiæ hujus Conventus adnexæ.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus a Colindres Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatus, quod cum ipse perageret visitationem Conventuum suis Ordinis in Provinciis Hispaniarum, in Conventu Civitatis Cadicensis reperit quamdam Cappellam, seu Oratorium publicum pro usu Tertiariarum sæcularium utriusque sexus in atrio Ecclesiæ ipsius Con-

ventus ædificatam, in qua cum comperisset quosdam abusus, tum quoad ornatum ejusdem Cappellæ, tum quoad personas Tertiariarum, atque etiam Religiosorum sui Ordinis, ad restituendam congruam, et rectam disciplinam, bonumque rerum ordinem, et ad removendos omnes, et quoscumque abusus, unde processu temporis gravia mala oriri possent, quasdam condidit constitutiones, quæ deinde fuerunt approbata, et confirmata a Ven. Fratre Lazaro Archiepiscopo Naupactino apud carissimum in Christo filium Nostrum Karolum Hispaniarum Regem Catholicum, Nostro, et Apostolicæ Sedis Nuncio, quarum tenor est, qui sequitur.

» Nos Fr. Paulus a Colindres totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum Minister Generalis. Cum visitaverimus Cappellam Nostram Ecclesiæ contiguam, in suo territorio erectam ad usum, et exercitia Fratrum Tertii Ordinis Nostri Seraphici Patris, sub directione spiritali Nostrorum Commissariorum, quibus ad hunc effectum opportunas, et necessarias facultates communicavimus; quumque observavimus, quod ibi in Altaribus sculptura nimis perpolita, et aurata appareant extra modum, et contra simplicitatem, et paupertatem, quas Seraphicus Pater adeo diligebat, et quas in Ordinis sui Ecclesiis observari volebat, uti revera fit in omnibus Ecclesiis sub directione Nostra positis. Considerantes insuper, quod ii veri Filii Seraphici Patris haberi non possint, qui nisi ex voto, et obligatione, saltem ex talium filiorum devotione, et affectu, ad ipsius spiritum nullatenus se conformant, coacti sumus facere, sicuti de facto facimus, ordinationes sequentes.

» I. Ut singula exercitia dicti Tertii Ordinis in Nostra Ecclesia fiant, minime vero in præfata Cappella, quamdiu aurata, non erit Vernigiæ, aut aliquo honesto colore induta, et altaria quamdam non exhibebunt modestiam, quæ nusquam vanitatem, curiositatem, oculorumve sensualitatem redoleat, sed compunctionis, et pœnitentiæ spiritum excitet, ad quem finem principalem Seraphicus Pater hunc Tertium Ordinem in favorem sæcularium instituit.

» II. Qua de causa auferatur pulpitum, quod in prædicta Cappella reperitur, ex eo, quod omnes conditiones in Nostra Ecclesia fieri de-

Tenor Ordinationum factarum a Ministro Generali hujus Ordinis, in actu visitationis.

» beant, amovebitur pariter quælibet
» pœnitentiæ sedes in supradicta Cap-
» pella pro Fratribus Tertiariis erecta,
» prohibemusque ne in dicta Cappella
» confessiones audiantur, donec refor-
» metur, uti dictum fuit.

» III. Mandamus itidem, ut omnia
» exercitia dicti Tertii Ordinis, quæ post
» prandium fieri solent, vel fiunt,
» terminentur ante quintam horam post
» meridiem, ne completorium, quod
» hac hora a Religiosis familiæ cantari
» debet, aut oratio mentalis, quæ
» sequitur, aliquod impedimentum pati-
» antur; attendant porro Domini Ter-
» tii illud ipsis plurimum proficuum
» pro Cœlo fore, si terminatis solitis
» exercitiis, Religiosos in spiritu com-
» mitentur, dum cantant Completorium,
» et vacant meditationi.

» IV. Ut autem hæc Cappella, et
» Sancti, quibus dedicatur aliquem ac-
» cipiant cultum, (quem quidem ma-
» jorem, post præscriptam reformatio-
» nem, accipient) præscribimus, et
» mandamus, ut singulis diebus festivis
» R.P. Guardianus aliquem Sacerdotem
» ibi celebraturum mittat, cum Socio,
» qui missæ inserviat, et hoc per illud
» intermedium tempus, quod superest
» ex horis Canonicis, idest a prima et
» tertia, ad sextam, et nonam.

» V. Audivimus, quod præfatæ
» Cappellæ clavem habeat unus sæcu-
» laris, qui titulum Sacrestani assumens
» in dicta Cappella dormit, diu noctu-
» que, ad suum libitum ingreditur,
» et egreditur: quod absque dubio
» plurimis incommodis, et confusio-
» nibus obnoxium est; nostri muneris
» est hæc mala prævenire, et amove-
» re, proindeque mandamus, ut uni-
» ca sit clavis, quam apud se retineat
» R.P. Guardianus, qui eam consigna-
» bit toties, quoties opus erit dicere
» Missam, everre Cappellam, præpara-
» rare lampadem ec. ita, ut his func-
» tionibus, et similibus peractis, cla-
» vis restituatur R. P. Guardiano, qui
» nunquam illam dabit, nisi in iis dic-
» ctis occasionibus,

» VI. Atque ut cuilibet alio malo
» occurramus, præscribimus, et man-
» damus, ut nec R.P. Guardianus, nec
» alius qualiscumque gradus, aut di-
» gnitatis Religiosus possit recipere,
» aut permittere, ut recipiantur in dic-
» ta Cappella visitationes, et saluta-
» tiones particulares, et multo minus,
» ut ibi ministrentur refrigerationes,
» chocolatam, jentaculum, merenda,
» sive in Sacrestia, sive in ejus area,
» Bull. Rom. Tom. III.

» vel in alia parte ipsius ambitus, qui
» his rebus semper occludatur, sub pœ-
» na suspensionis ab officio ad quatuor
» menses in Superiorem, qui talia per-
» mittet, infligenda.

» VII. Nobis porro locus est spe-
» randi, Nostros Fratres Tertiarios cum
» obsequio, et cordis affectu has rece-
» pturos esse ordinationes, quas ipsis
» Nos, uti Minister Seraphici Patris
» peramanter facimus, desiderantes,
» ut sicuti tam sancti Patris filii esse
» jure merito gloriantur, ita se exhi-
» beant ipsius imitatores in spiritu hu-
» militatis, patientiæ, devotionis, pu-
» ritatis, paupertatis, simplicitatis; hac
» spe adducti illos uti fratres ample-
» climur, nostramque benedictionem
» paternam ipsis impertimur. Verum
» si e contra insistant (quod non cre-
» dimus) in retinendo vanitatis, et cu-
» riositatis spiritu, qui in prædicta Cap-
» pella apparet, et qui vere opponitur
» spiritui Seraphici Patris, ipsis nunc
» declaramus, nos non posse illos, uti
» ipsius filios, nostrosque fratres agno-
» scere, nec illis communicare has gra-
» tias, et indulgentias, a Summis Pon-
» tificibus ipsis concessas, in quantum
» Nobis erunt obedientes, et subjecti
» nostræ directioni spirituali. Ita præ-
» scribimus, ordinamus, præsentisque
» ordinationes manu propria subscriptas
» sigillo officii Nostri muniri manda-
» vimus. Datum in hoc Conventu No-
» tro Cadiceusi 21 Decembris 1763. =
» Fr. Paulus Minister Generalis

§. 3. Ut autem hujusmodi consti-
» tutiones, statuta, et decreta firmiter
» subsistant, et non solum a viris Reli-
» giosis sui Ordinis, sed etiam a sæcu-
» laribus Tertiariis, utriusque sexus in
» futurum serventur exactius, Apostolicæ
» confirmationis Nostræ patrocinio com-
» muni summo opere desiderat. Nos igitur
» ipsam Paulam Ministrum Generalem
» specialibus gratiis, et favoribus pro-
» sequi volentes, et a quibusvis excom-
» municationis, et interdicti, aliisque Ec-
» clesiasticis censuris, sententiis, et pœ-
» nis quovis modo, et quacumque de
» causa latis, si quas forte incurrit, hu-
» jus tantum rei gratia absolventes, et
» absolutum fore, censentes, supplicatio-
» nibus ejus nomine Nobis humiliter por-
» rectis inclinati, præinserta decreta, et
» ordinationes a prædicto Paulo Ministro
» Generali in visitatione Conventus hujus-
» modi facta, ut præfertur, auctoritate
» Apostolica, tenore præsentium confir-
» mamus, et approbamus, illisque in-
» violabilis Apostolicæ firmitatis robur

Pontifex ad
» preces prælau-
» dati Ministri
» Generalis, Or-
» dinationes su-
» pra relatas
» confirmat, et
» approbat.

adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Inhibentes propterea omnibus, et singulis Superioribus, et Fratribus dicti Conventus, quacumque auctoritate, vel superioritate fungentibus, et functoris sub privationis officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, nec non privationis vocis activæ, et passivæ pœnis ipso facto absque alia declaratione incurrendis, nec ullo unquam tempore in quibusvis, et generalibus dicti Ordinis Capitulis præmissorum omnium derogationem, inconsulta Sede Apostolica petere possint.

Clausula sub-
blata, et decre-
tum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, et Vice-Legatos sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere: ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit Nostra, et Cancellariæ Apostolice Regula de jure quæsito non tollendo, constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non Conventus, et Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæte-

risque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Januarii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDLII.

Dat. die 25
Januarii 1765.
Anno VII.

Indulgentia plenaria pro Religiosis, et Monialibus Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum conceditur qualibet die trium Anniversariorum qui in eodem Ordine statis diebus celebrari solent, tum pro Fratribus, et Monialibus defunctis, tum pro eorum Parentibus, et Consanguineis, tum denique pro benefactoribus.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Cum sicut pro parte dilectorum filiorum modernorum Procuratorum, Congregationis Italiæ, Germaniæ, Hispaniæ, Indiarum, et Portugalliæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum unacupatorum, Nobis nuper expositum fuit, in singulis Ecclesiis Fratrum, et Monialium dictarum Congregationum, tria quotannis Anniversaria, unum pro omnium, et singulorum Fratrum, et Monialium Congregationum hujusmodi Defunctorum die xiv. Novembris immediate post Festum Omnium Sanctorum dicti Ordinis, et alterum pro eorundem Fratrum, et Monialium Parentum, et Consanguineorum, seu Affiniorum defunctorum animarum refrigerio die prima post festum S. Agathæ Virginis, et Martyris non impedita, et reliquum in suffragium animarum benefactorum dictarum Congregationum die post festum SS. Petri, et Pauli Apostolorum pariter non impedita celebrari consueverint. Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam eorundem Fratrum, et Monialium devotionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus prædictorum Procuratorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis Fratribus Congregationum hujusmodi, in sacro Presbyteratus Ordine constitutis, qui missam in diebus, quibus Anniversaria prædicta celebrantur in Ecclesiis dictarum Congregatio-

num respective celebraverit, plenariam; aliis vero Fratribus Congregationum hujusmodi non celebrantibus, nec non Monialibus prædictis, vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra comunione refectis, qui Missæ, seu Officio Defunctorum in Ecclesiis prædictis, diebus Anniversarios hujusmodi celebrandis devote interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, et S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium quæ Deo in charitate conjunctæ, ex hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad quindecim annos tamen valituris. Volumus autem, ut si pro inapetitione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium, aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium Literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus publici Notarii subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, seu Procuratorum dictarum Congregationum obsignatis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxv Januarii MDCCLXV Pontificatus Nostri Anno VII.



CDLIII.

Dat. die 3. Fe-
bruarii 1763.
Ann. VII.

Laudat Herbipolensem Episcopum quod librum Justini Febronii improbaverit, eumque hortatur ut Edicto suo in Diœcesi præscribat observantiam proscriptionis hujus libri jam a Sancta Sede indictam.

Vide Epistolam supra relatam hoc Tomo III. sub num. CDXXXIV pag. 16 et adnotationem ibi appositam.

Venerabili Fratri Adamo Federico
Episcopo Herbipolensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

Luculentum observantiæ erga Nos tuæ, tuique in Apostolicam Sedem officium Fraternitas tua humanissime exhibuit cum per occasionem redeuntis Dominici Natalis dici, et ad sua initia recurrentis anni, lætissimis auspiciis rerum omnium secundarum cursum Nobis ominaris, Deumque te orasse scribis, ut bonum ejusmodi abs te susceptum omen suo nomine et voluntate confirmet. Cæterum omni ex parte literarum tuarum se ostendit præclara devotio tua in Apostolicam Sedem, cujus auctoritatis, et dignitatis te cæteroque fuisse et esse studiosissimum, plurimis judiciis antea declarasti: Et nunc nova se occasio obtulit, qua potes novum præbere argumentum egregiæ tuæ voluntatis et alacritatis ad Romanam Cathedram defendendam ab hostibus Catholicæ Ecclesiæ, qui temerariis impiisque conatibus eam evertere sunt aggressi. Nosti Ven. Frater quo imbutus veneno prodierit liber Justini Febronij et quid ipse faceris ut idem liber ejusque doctrina opprimatur ex aliis tuis literis intelliximus. Sed a Fraternitate tua merito petimus, qui zelo Dei, et in Apostolicam Sedem observantia sis nulli secundus, immo singularibus quibusdam significationibus quacumque, data occasione tuam in eandem Apostolicam Sedem pietatem et devotionem insignem feceris, nunc cum cæteri omnes Germaniæ Episcopi publicaverint Decretum Nostrum, quo eum librum indignum declaravimus, qui ab homine Catholico legatur, ne patiaris id a tuis laudibus abesse, quod in illis Episcopis laudavimus. Itaque te in

Domino obsécramus, ut solemnè, quemadmodum illi fecere, Edicto tuo memoratum decretum populo tuo notum facias, eumque jubeas eidem decreto debitam exhibere obedientiam. Id si feceris, quod quidem te facturum non dubitamus, arctiori quodam vinculo Apostolicum animum Nostrum tibi devinxis; Et Fraternitati tuæ, quam in sinu gerimus charitatis, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die sexta Februarii MDCCLXV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDLIV.

Officium, et Missa SSm̃i Cordis Jesu, pro Regnis Poloniæ, nec non pro Archiconfraternitate Urbis sub ejusdem invocatione conceditur a S. Rituum Congregatione, Decreto quod Pontifex plene approbavit.

POLONA

Instantibus pro concessione Officii, et Missæ SSm̃i Cordis Jesu plerisque Reverendissimis Episcopis Regni Poloniæ, nec non Archiconfraternitate Urbis sub hoc titulo erecta; Congregatio Sacrorum Rituum habita die xxvii. Januarii hujus Anni probe noscens, cultum Cordis Jesu jam hodie esse per omnes fere Catholici Orbis partes, foventibus earum Episcopis, propagatum, sæpe etiam a Sede Apostolica decoratum millies Indulgentiarum Brevibus, datis ad inumeras propemodum Confraternitates sub titulo Cordis Jesu canonice erectas; simulque intelligens hujus Officii, et Missæ celebratione, non aliud agi, quam ampliari cultum jam institutum, et symbolice renovari memoriam illius Divini amoris, quo Unigenitus Dei Filius, humanam suscepit naturam, et factus obediens usque ad mortem, præbere se dixit exemplum hominibus, quo esset mitis, et humilis corde; his de causis, referente Emo, et Rmo D. Cardinali Episcopo Sabineensi; audito Rev. P. D. Cajetano Forti Promotori Fidei, prævio recessu a decisio die xxx. Julii MDCCXXIX, annuendum precibus censuit Episcoporum Regni Poloniæ, et dictæ Archiconfraternitatis Urbis, deliberatura deinceps de Officio, et Missa rite approbandis. Quod quidem Con-

gregationis votum, per me Secretarium relatum SSmo D. N. Clementi Papa XIII, Sanctitas Sua, hujus etiam Decreti tenore perlecto, in omnibus approbavit. Hac die vi. Februarii MDCCLXV.

Joseph Maria Cardinalis Feroni Præfectus = S. Burghesius S.R.C. Secretarius.

CDLV.

Dat. die 12.
Martii 1765.
Anno VII.

Indulget ut in Cappella Aedium Universitatis studiorum Civitatis Cerveræ quotidie celebrari possit unum Missæ sacrificium, nonnullis solemnioribus diebus exceptis.

Venerabili Fratri Episcopo Celsonensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Universitatis Studii Generalis Oppidi Civitatis nuncupatæ di Cervera Celsonensis Diocesis, quod in ædibus Universitatis hujusmodi splendide, ac magnifice extructis a Cancellario Universitatis prædictæ cui pro tempore existenti jurisdictio tam Civilis, quam Criminalis in Scholares, Professores, aliosque Ministros dictæ Universitatis per fel. rec. Clementem PP. XII prædecessorem Nostrum tradita reperitur, destinatis, Cappella decenter constructa, numerisque omnibus ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium ibidem celebrandum absoluta existit: proindeque Exponentes prædicti pro ejusdem Cancellarii pro tempore existentis, ipsiusque familiæ spirituali consolatione in ea prædictum Missæ Sacrificium celebrari facere posse plurimum desiderant. Nobis propterea eorumdem Exponentium nomine humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Exponitur in Aedibus hujus Universitatis studiorum constructam reperiri Cappellam decenter ornata, et necessariis instructam Suppellectilibus.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore cen-

Pontifex indulget ut in supra relata Cappella quotidie Missæ Sacrificium celebrari valeat.

Dat. die 6 Fe-
bruarii 1765.
Ann. VII.

sentes, ac prædictam Universitatem optimis præsertim Ecclesiasticarum aliarumque Scientiarum, et ingeniarum Artium studiis maxime florentem auctoritatis Nostræ muneribus decorare volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ, per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, moderno et pro tempore existenti Cancellario Universitatis hujusmodi, in dicta Cappella ædium prædictarum ad hoc decenter extracta, et ornata, seu extruenda, ac ornanda, ab omnibus domesticis usibus libera per te prius visitanda, et approbanda, deque tui licentia arbitrio tuo duratura, unam Missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem ædibus celebrandi licentia, quæ adhuc daret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem a te approbatum Sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque jurium Parochialium, præjudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis, in sua, ac familiæ suæ præsentia celebrari facere libere, et licite possit, ac valeat, licentiam auctoritate Nostra Apostolica arbitrio tuo concedas, et indulgeas.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod alii præter supradictas personas ibidem Missæ hujusmodi interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto, minime liberi censeantur. Præsentibus perpetuis futuris temporibus validis. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Martii MDCCCLXV. Pontificatus nostri Anno septimo.

Derogatio contrariorum.



CDLVI.

Dat. die 12.
Martii 1765.
Anno VII.

Instrumentum, et pacta, quibus novum in Faventina Civitate Hospitalis Religiosis Ordinis S. Joannis de Deo administrandum traditur confirmatur, et approbatur.

Venerabili Fratri Episcopo Faventino

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Pro parte tua Nobis nuper expositum fuit, quod aliæ pro erectione novi Hospitalis, seu Nosocomii in Civitate ista Nostra, et Apostolicæ Sedis Faventina a Nobis ad tui supplicationem literæ in forma Brevis emanarunt, quarum tenor est qui sequitur (*omittitur harum literarum tenor quum relatæ a Nobis sint in hac continuatione Tom. II. sub Num. CCII. pag. 89. ubi consulendæ sunt*) Et quoniam in iisdem Nostris literis tibi comissum, et demandatum fuerat, ut cum primum commode fieri potuisset, de præfati novi Hospitalis, ejusque regiminis, curæ, et administrationis, nec non omnium bonorum, ac reddituum, proventuum, jurium, et suppellectilium quarumcumque, sive sacrarum, sive profanarum, actualem, realem, et omnimodam possessionem, dilectos filios Fratres Ordinis S. Joannis Dei auctoritate Nostra Apostolica immitteres, induceres, atque in illa, seu illis constitueres, sub quibusdam tamen certis, et determinatis modis, legibus, et conditionibus, quæ rebus omnibus mature pensatis, inter te, et eosdem Fratres, per publicum instrumentum inde conficiendum, ipsius Hospitalis, rectæ administrationi, manutentioni, curæ, ac utilitati infirmorum, atque concordiæ, et unioni inter ministros, et inservientes eidem Hospitali servandæ, accomodandæ, atque opportuniæ viderentur.

§. 2. Cum autem, ut eadem expositio subjungebat, id a te ea cura, et diligentia, qua opus erat, probe curatum, atque adimpletum fuerit, et plures etiam regulæ, ordinationes, conventiones, leges, pacta, et statuta in bonum, commodum, et incrementum, atque utilitatem, tam prædicti Hospitalis, tum pauperum infirmorum inita, conventa, ac stabilita fuerint per pu-

Refertur tenor præcedentium literarum super erectione hujus novi Hospitalis.

Faventinus Episcopus Hospitalis consignat Fratribus S. Joannis de Deo.

blicum, et authenticum Instrumentum, quod est tenoris sequentis videlicet.

Tenor Instru-
menti consi-
guationis.

» In Nomine Domini Amen =
» Præsenti publico instrumento cunctis
» ubique pateat evidenter, notumque
» sit, quod anno a salutifera Domini
» Nostri Jesu Christi Nativitate mille-
» simo septingentesimo sexagesimo
» quinto, indictione XIII. die vero vi-
» gesima sexta Februarii, Pontificatus
» autem SS^mi in eodem Christo Patris,
» et Domini Nostri Clementis Divina
» providentia Papæ XIII. anno ejus
» Pontificatus VII = Essendosi degnata
» la Santità di N. S. Papa Clemente XIII
» felicemente regnante di conferire l'am-
» ministrazione dell'Ospedale nuovamen-
» te eretto dalla Città di Faenza per li
» poveri infermi, ai Religiosi di S. Gio-
» vanni di Dio, sotto que' patti, e con-
» dizioni, che sarebbero stati concor-
» dati, e stabiliti con Monsig. Illmo,
» e Rmo Antonio Cantoni odierno Ve-
» scovo della stessa Città di Faenza,
» come da Breve della Santità Sua in
» data 21 Aprile 1761, essendosi assun-
» to dal medesimo Monsig. Vescovo
» trattato sopra di questo col Revmo
» P. Leopoldo Banti Generale dell'Or-
» dine de' suddetti Padri di S. Giovanni di
» Dio, dopo fatte le debite riflessioni
» si sono stabiliti li seguenti capitoli.

» I. Si è convenuto fra Monsig.
» Vescovo di Faenza, e li Religiosi di
» S. Giovanni di Dio Amministratori
» dell'Ospedale nuovamente eretto nella
» stessa Città per gl' infermi, ed infer-
» me, che li medesimi Padri con le
» presenti entrate, e con l'accrescimen-
» to fatto dalla beneficenza di Sua San-
» tità alle stesse, delle rendite della
» Parrocchia di S. Maria degl' Ughi,
» abbiano a mantenere trenta letti d' in-
» fermi comuni, compresi otto letti per
» li pazzi: in tutto ottanta letti fra in-
» fermi, ed inferme, secondo una equi-
» tativa distribuzione da concordarsi con
» Monsig. Vescovo.

» II. Che con le suddette rendite
» abbiano a sostenere il peso della man-
» nutenzione delle fabbriche, bianche-
» rie, utensili, e tutto altro, che pos-
» sa occorrere all'Ospedale, oltre il
» mantenimento de' Religiosi.

» III. Che siano obligati di ri-
» cevere tutti gl' infermi, e le inferme
» non solo della Città, ma anche del-
» la Diocesi di Faenza dentro il nume-
» ro prescritto, eccettuati que' luoghi
» che hanno il proprio Ospedale, ed au-
» che di questi quando la qualità del
» male lo richiedesse.

» IV. Che abbiano da stipendia-
» re un Chirurgo secolare pel servizio
» degl'infermi in annui scudi venticin-
» que, scegliendo uno delli più abili.

» V. Che abbiano da stipendia-
» re il Medico secolare, fra li più abi-
» li della Città pel servizio de' medesi-
» mi infermi.

» VI. Che abbiano a pagare il
» debito de' risarcimenti de' Fiumi, e
» terminare completamente l'Inferme-
» ria per i tiscici, col prendere an-
» che il denaro a censo, se occorrerà
» e fintanto che un tal debito non ver-
» rà estinto, si permetterà che tenga-
» no due letti di meno d'infermi co-
» muni.

» VII. Che applicando Monsig.
» Vescovo, come sopra, di fare due
» altri capi di rendita di scudi venti
» l'uno, siano obligati li Padri di man-
» tenere due altri letti d'infermi co-
» muni.

» VIII. Che facendosi per l'av-
» venire altre lascite libere all'Ospeda-
» le, o altre applicazioni, si abbiano
» a crescere li letti alla ragione non me-
» no di sc. 30. per ciascheduno degli
» infermi comuni, e di sc. 36 per gli
» invalidi, per dare qualche maggior
» sollievo alle rendite dello stesso Ospe-
» dale.

» IX. Che gl' infermi tanto co-
» muni, che invalidi, non potranno
» riceversi, se non con la destinazio-
» ne, ed ordine de' Vescovi pro tempore:
» o di chi eserciterà la loro giuris-
» dizione.

» X. Che per invalidi s'inten-
» dano gli idropici, o accidentati, o
» che siano notabilmente impediti, o
» travagliati da altri mali cronici per
» cui abbiano bisogno di una partico-
» lare assistenza, o anche infermi di
» piaghe incurabili, che abbisognino di
» essere trattenuti a letto, non però
» persone incomodate soltanto dalla vec-
» chiaja, o da cecità, e le qualità delle
» indisposizioni dovranno dichiararsi
» da Vescovi pro tempore, sempre pe-
» rò dentro il numero stabilito.

» XI. Che debbano dare agli in-
» fermi quel vitto, e medicamenti,
» che verranno prescritti dal Medico,
» che debbano mantenerli in convale-
» scenza per quel tempo che verrà or-
» dinato dal medesimo Medico.

» XII. Che debbano tenere un
» quartiere totalmente separato per li
» tiscici con tutto il suo corredo di bian-
» cherie, e forniture di letti, ed altri
» utensili necessari, che onninamen-

» te non si adoperino mai pel servizio
» degli infermi, ed inservienti.

» XIII. Che debbano mantenere
» tredici Religiosi, compreso il Priore,
» pel servizio degli infermi oltre i no-
» vizi, essendo necessario il suddetto
» numero per diversi uffizii, che esi-
» ge l'assistenza, e governo dell'Ospe-
» dale.

» XIV. Che mantengano nell'
» Ospedale delle Donne numero cin-
» que, o sei Donne servienti, com-
» presa la Priora.

» XV. Che mantengano tre ser-
» vienti secolari, oltre il cuoco, e sot-
» to cuoco.

» XVI. Che non possano am-
» mettere, e licenziare Donne servienti,
» senza l'espresso assenso di Monsig.
» Vescovo, e de suoi successori.

» XVII. Che Monsig. Vescovo,
» o suoi successori, oltre quella giuris-
» dizione, che di ragione loro compe-
» tesse, ne abbiano una particolare per
» quello riguarda la clausura, e custo-
» dia del quartiere delle Donne infer-
» me, e loro servienti, e li Padri do-
» vranno ricevere, ed eseguire le rego-
» le, ed ordini, che sopra questo dal
» Vescovo verranno loro prescritti.

» XVIII. Che abbiano ad eser-
» citare l'opera pia di distribuire li
» medicamenti alli poveri della città,
» secondo l'istituto della Compagnia
» della Morte, la quale opera pia si è
» trasferita nell'Ospedale insieme con
» tutte le sue rendite, nella quantità
» però di soli sc. 600 l'anno a ragione
» di tassa, non comportando di più le
» medesime rendite, si farà la distri-
» buzione regolarmente a ragione di
» scudi cinquanta per Mese, e non più;
» la distribuzione poi de' medicamenti
» debba farsi secondo la ricetta del
» Medico, con l'attestato del Parroco
» della povertà e con l'approvazione del
» deputato da Monsig. Vescovo; si ri-
» serva però l'arbitrio a Monsig. Ve-
» scovo odierno, di trasferire in altri
» l'amministrazione, ed esercizio della
» medesima opera pia, se così giudi-
» cherà opportuno: nel qual caso li Pa-
» dri non saranno tenuti a restituire al-
» tro che li puri fondi, e non li uten-
» sili della Spezieria di già applicati per
» uso dell'Ospedale; derogando in que-
» sta parte le antecedenti disposizioni.

» Ed essendo il tutto rimasto
» col Divino ajuto concluso, e stabilito
» in questa guisa tra li predetti Mon-
» signore Illustrissimo, e Reverendissi-
» mo Antonio Cantoni Vescovo della

» detta Città di Faenza; e Reverendis-
» simo Padre Leopoldo Banfi Generale
» dell'Ordine de'suddetti Padri di S. Gio-
» vanni di Dio, quindi volendosi tutto
» ciò, e quanto è stato come sopra con-
» cordato, e stabilito ridurre alla sti-
» pulazione di publico istromento, ac-
» ciocchè sempre; e perpetuamente ap-
» parisca la verità, e non abbia mai a
» trascurarsi l'osservanza de precitati
» capitoli, laonde avanti di me Notaro
» publico infrascritto, e delli infrascrit-
» ti testimonii, presente, e personal-
» mente costituito il menzionato Reve-
» rendissima Padre Leopoldo Banfi Ge-
» nerale sudetto a me pienamente co-
» gnito, stipulante anche in vigore di
» special consenso, ed approvazione a
» maggior cautela, e validità del pre-
» sente atto riportato dal Difinitoriato
» della sua Religione per publico Istro-
» mento da me Notaro rogato sotto il
» giorno 25. del corrente mese, al qua-
» le ec. asserendo, ed affermando, tut-
» te, e singole cose di sopra espresse
» e narrate essere state, ed essere vere
» e verissime, e quelle come tali rat-
» tificando, ed approvando. In esecuzio-
» ne di esse, di sua spontanea, e de-
» liberata volontà, ed in ogni altro mi-
» glior modo ec. a nome della sua Re-
» ligione di S. Giovanni di Dio, alla
» presenza del lodato Monsig. Illmo, e
» Rmo Antonio Cantoni odierno Vesco-
» vo della predetta Città di Faenza sti-
» pulante, ed accettante a nome di tut-
» ti gl' infermi, ed inferme, de poveri,
» ed altre persone espresse, e compre-
» se ne precitati capitoli, ed in ogni
» altro miglior modo ec. ha dichiarato,
» e dichiarà, che l'Amministrazione
» del divisato Ospedale nuovamente
» eretto nella detta Città di Faenza, e
» rispettivamente l'applicazione, in-
» corporazione, e translazione di tutte
» le rendite, come sopra, è stata con-
» ferita a Religiosi del suo Ordine di
» S. Giovanni di Dio della Santità del
» Sommo Regnante Pontefice Clemen-
» te XIII. e rispettivamente gli è stata
» dal predetto Monsig. Illmo, e Rmo
» Vescovo accordata con tutti, e sin-
» goli obblighi, pesi, capitoli, e condi-
» zioni di sopra espressi, e specificati,
» non altrimenti ec. Che però il me-
» desimo Reverendissimo Padre Genera-
» le, a nome come sopra della sua Re-
» ligione, e del suo Ordine, ha prome-
» sso, e si è obligato, e promette,
» e si obliga tutti li precitati capitoli,
» obblighi, pesi, e condizioni sempre
» intieramente, e perpetuamente adem-

» pire, eseguire, ed osservare, e far
 » quelli da suoi Religiosi, e da suoi Ge-
 » nerali successori, in ogni futuro tem-
 » po, esattamente, e pienamente ese-
 » guire, ed i medesimi Capitoli aver
 » sempre, e perpetuamente rati, gra-
 » ti, validi, e fermi, e contro quelli
 » mai fare, dire, e venire, sotto qual-
 » sivoglia pretesto, causa, titolo, o
 » ricercato colore ec. Giacchè sopra tutti
 » li di sopra espressi pesi, obblighi,
 » e condizioni non sarebbe stata ai Re-
 » ligiosi suddetti conferita l'ammini-
 » strazione del detto Ospedale, e mol-
 » to meno gli sarebbe stata accordata
 » l'applicazione, incorporazione, e tra-
 » slazione delle divise rendite. E per
 » l'osservanza di tutto ciò, e quanto è
 » stato come sopra convenuto, e con-
 » cordato, il mentovato Reverendissimo
 » Padre Leopoldo Banti Generale sud-
 » detto, ha obligato, ed obbliga la sua
 » Religione, ed il suo Ordine, li di
 » lui beni, e ragioni qualsivoglia nella
 » più ampla forma della Reverenda Ca-
 » mera Apostolica, colle solite clauso-
 » le ec. rinunciando ec. unica ec., e
 » così toccato il petto more ec. ha giu-
 » rato ec., super quibus omnibus, et
 » singulis præmissis, tamquam rite,
 » recte, valide, et legitime gestis, et
 » factis, petitum fuit a me Notario pu-
 » blico infrascripto, ut unum, vel plu-
 » ra, publicum, aut publica Instru-
 » mentum, seu Instrumenta conficerem
 » atque traderem, prout opus fuerit,
 » et requisitus ero = Actum Romæ in
 » Palatio solitæ residentie Eminentis-
 » simi, et Reverendissimi Cardinalis
 » Josephi Mariæ Castelli, præsentibus
 » Illustrissimo D. Philippo Cenci filio
 » bonæ memoriæ Bernardini Perusino
 » et Reverendo Domino Antonio Bul-
 » lani bonæ memoriæ Dominici Bri-
 » toriensis Diocesis, Testibus ad præ-
 » cta omnia, et singula vocatis, habi-
 » bitis, specialiter atque rogatis =.

» §. 3. Præterea Nobis humiliter sup-
 » plicari fecisti, quo præinserta pacta,
 » conventiones, regulæ, et statuta firmius subsistant, et servantur exactius,
 » et erectio Hospitalis hujusmodi suum
 » firmum, et stabilem sortiatur effectum
 » et sublatis omnibus, impedimentis, du-
 » bjiis, quærelis, controversiis, illisque
 » omnino deletis, atque extinctis, in ho-
 » num, et comoditatem publicam, Apo-
 » stolica auctoritate, ultimo, et optimo
 » fine perficiatur; et penitus compleatur,
 » ut Apostolicæ confirmationis, atque ap-
 » probationis Nostræ patrocinio, et ro-
 » bore communire, et in præmissis omni-

bus et opportunis in Domino videbitur, de benignitate Apostolica provide-
 re dignaremur.

» §. 4. Nos igitur supplicationibus, Pontifex sp-
 » tuis inclinati, volentes etiam Civitatem probat suppressionem vete-
 » Nostram Faventinam specialibus gratis rum Officialium, et con-
 » ac favoribus prosequi, propterea sum- tradictoribus
 » moperere cupientes, ut tam laudabile, perpetuum silen-
 » tam utile, tam decorum, tam pium, tium imponit.
 » et Deo gratum opus debitum finem,
 » et plenum obtineat complementum,
 » motu etiam proprio, et ex certa scien-
 » tia, ac matura deliberatione, de Apo-
 » stolicæ potestatis plenitudine, quibus-
 » cumque contradictionibus, et contro-
 » versis, per quoscumque, sive ejusdem
 » Civitatis Nostræ Faventinæ Magistratum
 » sive Consilium, aut Comunitatem, et
 » Homines, aliosque Officiales, et Depu-
 » tatos, Ministros, et Inservientes, quo-
 » cumque modo, quibuscumque ex cau-
 » sis, juribus, et rationibus motis, et
 » movendis perpetuo suppressis, atque
 » omnino extinctis, nullis ac irritis de-
 » claratis, perpetuoque, super illis con-
 » tradictoribus quibuscumque, silentio im-
 » posito, extinguimus, annullamus, et
 » irritamus perpetuumque silentium im-
 » ponimus.

» §. 5. Novi insuper hujusmodi, et
 » ampli Nosocomii, seu Hospitalis pro
 » pauperibus infirmis utriusque sexus,
 » tam ex Civitate Faventina prædicta,
 » quam ex ejus Diocesi excipiendis, ut
 » petitur erectionem, fundationem, con-
 » structionem, eique adnexionem, seu
 » unionem, et incorporationem aliorum
 » duorum antiquiorum Nosocomiorum,
 » seu Hospitalium factam, nempe unius
 » sub invocatione S. Antonii Abbatis, alias
 » S. Jacobi Incurabilium, et alterius San-
 » cti Nevolonis, alias, S. Mariæ de Mi-
 » sericordia respective nuncupatorum,
 » una cum eorum fructibus, redditibus,
 » proventibus, fundis, bonis stabilibus,
 » juribus, et pertinentiis universis, ejus-
 » demque Novi Hospitalis, in illorum
 » locum subrogationem, nec non ipsius
 » novi Hospitalis, seu Nosocomii, illius-
 » que infirmorum, et honorum omnium
 » illi quomodocumque connexorum regi-
 » men, curam, et administrationem tam
 » in spiritualibus, quam in temporalibus,
 » prædicto Ordini S. Joannis de Deo, et
 » pro eo illius modernis, et pro tempore
 » existentibus Fratibus, jussu, et au-
 » ctoritate Nostra, nuper commissam, et
 » demandatam, tum etiam Aromatariam
 » ad Confraternitatem S. Joannis Decol-
 » lati, seu Mortis nuncupatam, alias spe-
 » ctantem, et pertinentem una cum ipsa
 » Domo, et Apotheca, aliisque omnibus

Insuperque
 singulas vete-
 rum Hospita-
 lium suppressio-
 nes, novique
 erectionem, et
 dotationem
 confirmat.

Preces porrec-
 to: pro aproba-
 tione supra re-
 lati Instrumenti,
 et pactorum
 in eo contento-
 rum.

fundis, et capitalibus, illorumque annuis fructibus, et proventibus, juribus et actionibus, per te similiter jussu, et voluntate Nostra, sub certis modis, legibus, et conditionibus ejusdem Ordinis Fratribus traditam, et consignatam approbamus, et confirmamus.

Tandem, omnia, et singula in relato Instrumento contenta approbat, et observari mandat.

§. 6. Propterea præinsertum Instrumentum, et in eo contentas regulas, ordinationes, conventiones, leges, pacta, et statuta inter te, et promemoratos Fratres S. Joannis Dei inita, conventa, et stabilita, et demum superiores Nostras literas, nec non Benedicti XIV prædecessoris Nostri, in ea parte, et partibus, in quibus præsentibus hisce, et superioribus Nostris literis non adversantur, pro erectione fundatione, comodo, et utilitate novi Hospitalis, ut petitur, emanatas, expeditas, et in eis contenta quæcumque, et insuper omnia, et qualiacumque in illarum executionem, et implementum per te jussu, et voluntate Nostra, seu per alios quoscumque mandato, consensu, et directione tua acta, gesta facta, inita, et conventa, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illaque omnia, et singula rata, et grata habemus, illisque omnibus inviolabilis, et perpetuæ ac irrefragabilis approbationis Nostræ, et Apostolicæ firmitatis, vim, robur, et efficaciam adiungimus, ac omnes itidem, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum quarumcumque tam ex juris communis, et Apostolicarum Constitutionum, seu Statutorum, et Decretorum quorumcumque, etiam Cameralium, et Consistorialium præscripto, quas alias quomodolibet in similibus etiam de necessitate observandas, aliosve quoslibet etiam quantumvis magnos, et substantiales, et incogitatos, et inexcogitatos, seu inexcogitabiles defectus, si qui in præmissis, seu eorum aliquo principaliter, vel accessorie, aut antecedenter, vel consequenter, seu concomitanter vel alias quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censi, prætendi vel intelligi possint, penitus, et omnino tollimus, et sanamus, ac plenissime supplementus, et abolemus.

Clausula subla-
ta, et decretum
irritans.

§. 7. Decernentes, easdem præsentibus literas, et in eis contenta, tamquam pro bono, utilitate, decore, et splendore publico totius Civitatis Faentinæ prædictæ, ejusque universæ Diocesis, in subsidium, et sublevamen miserabilium personarum, jussa, volita, atque præscripta, etiam ex eo quod aliqui ex ipsis interesse habentes, seu habere

Bull. Rom. Tom. III.

prætendentes, etiamsi specifica, et individua mentione, et expressione digni eidem non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentibus emanari sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, pia, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, inexcogitabilique defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, et restitutionis in integrum aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu proprio concessio, vel emanato, quempiam in Judicio, et extra illud uti, seu se se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentibus literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, et adimpleri, sicque et non aliter in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam cansarum Palatii Apostolici Auditores, ac quascumque Sacræ Romanæ Ecclesiæ Congregationes, sublata eis, et eorum cuilibet, qualibet alias judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus erit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non quorumcumque Testatorum, et piorum Benefactorum etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa, sufficienter, et expresse commutamus, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, et Civitatis, dictorumque Hospitalium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et

Derogatio con-
trariarum.

H

literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima secunda Martii MDCCLXV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDLVII

Dat. die 12 Martii 1765 An. VII

Approbatio Decreti Capituli Provincialis Ordinis B. M. de Monte Carmelo Provinciæ Romanæ, quo statuitur alternativa electio Provincialis, cæterorumque Officialium præfatæ Provinciæ inter externos, et eos qui temporali Pontificio dominio subjecti sunt.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Premium.

§. 1. **S**uprema Apostolicæ charitatis, providentiæque Nostræ erga omnes Christifideles, atque eos potissimum qui e fluctibus sæculi erepti, ad tranquillum Religionis portum confugerunt, adhibendam a Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnem Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, ut dissidiis, partiumque studiis procul amotis, atque eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia inter Viros præsertim Religiosos in pace fiant, et omnia ad Divinum cultum adaugendum, Regularem disciplinam confirmandam, procurandamque æternam animarum salutem componantur, constabulanturque.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Provincialis, et Diffinitores Provinciales, et Exprovinciales Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Provinciæ Romanæ nuncupatæ, quod cum eorum Provincia composita sit partim ex iis, qui in Statu Nostro, et hujus Apostolicæ Sedis temporali dominio subjecti nati sunt, partim vero ex iis, qui ex

Jam alias ex remota consuetudine vigente hac alternativa, eam Capitulum Provinciale confirmavit.

exteris Nationibus oriundi, ad Religionem habitum suscipiendum admissi in eandem Romanam Provinciã aggregati sunt, pro retinenda pace, et concordia inter diversos hujusmodi homines sub suavi Dominicæ servitutis jugo, in uno Sanctæ Religionis cœtu adunatos, a longissimo tempore usque in præsens in electione Ministri Provincialis semper stabili more alternativa servata est; ad perpetuum autem, et commune ejusdem Provinciæ bonum, ad conservandam etiam in futurum pacem, et tranquillitatem, et retinendum spiritum unitatis in vinculo charitatis, in novissimo Capitulo Provinciali, quod sub præsentia dilecti filii moderni Ministri Generalis in Conventu SS. Silvestri, et Martini de Urbe nuncupato habitum est Mense Junii superioris anni MDCCLXIV, hujusmodi alternativa, ejusque modus, ac forma perpetuis futuris temporibus servanda unanimi omnium suffragantium consensu firmata est, et solemne, rebus omnibus mature perpensis, super ea confectum est decretum, quod est tenoris, qui sequitur.

» Feria II. quæ fuit XVIII. præfati Mensis ad triplicem Campanulæ sonum, Grêmiales omnes jussu Præsidiis pridie admoniti convenerunt in aula Capituli, et implorata Sancti Spiritus ope, primo proposita fuit secretis suffragiis discutienda alternativa Provincialatus in posterum tenenda. Lecta igitur est per Secretarium legis hujusmodi formula.

» Alternativa æqualis hinc inde, et perfecta pro hac Romana Provincia erit hujusmodi; primo, duo corporis universi veluti membra constituentur: hinc Romani omnes, et quicumque alii quorumcumque locorum Romani Pontificis temporali Dominio subditorum; inde vero cæteri omnes cujuscumque tandem Nationis illi fuerint sive intra, sive extra Italiam.

» Provincialatus successive erit alterutrius Membrorum: et quia pro hac vice electus Provincialis est ex parte exterorum; erit immediate futurus Provincialis ex parte Romanorum. In casu assumptionis ad altius Ministerium, vel mortis, Vicarius Provincialis instituetur ex parte ipsius assumpti, vel demortui ad complementum Gubernii.

» Socius Sacræ Visitationis semper erit ex parte altera: hinc si Provincialis fuerit ex Alienigenis, Socius

Tenor Decreti Capituli Provincialis.

» erit ex parte Romanorum; et vice-
» versa.

» Diffinitores erunt semper duo
» hinc, et duo inde ex alterutra par-
» tium. Juxta numerum suffragiorum,
» qui plura habuerit, erit primus; et
» cæteri de more subsequenter.

» Socii Provincialis ad Generale
» Capitulum ituri, unus ex parte unâ;
» alter vero erit ex altera. Juxta nu-
» merum suffragiorum qui plura ha-
» buerit erit primus.

» Custos Provinciæ semper ex
» ea parte, qua Provincialis eligitur.
» Provincialis pro casibus fortuitis erit
» ad libitum Provincialis electi, et ex
» ea parte, quam maluerit.

» Ad Prioratus tandem indiffi-
» renter eligentur idonei, quicumque ex
» alterutra partium videbuntur. Nec ul-
» lum infert præjudicium, quod plures
» sint ex una parte, quam ex altera;
» non enim quantum ad hoc attenden-
» da est Nationis ratio, sed potius eli-
» gendorum probitas, et prudentia.

» Lecta igitur, et publicata lex
» primo acclamationes recepit per vo-
» ces; tum vero per suffragia secreta
» ad trutinam revocata, quum sexaginta
» numero essent Vocales, omnium af-
» firmativo calculo probata est. Et ter-
» tio, petente Præsidente, num foret cano-
» nica resoluta? tertio iterum vocibus
» est confirmata.

§. 3. Cum autem sicut eadem ex-
positio subjungebat, dicti exponentes
præinsertum decretum, quo firmius sub-
sistat, et servetur exactius, Apostolicæ
confirmationis Nostræ patrocínio com-
muni summopere desiderent. Nobis
propterea humiliter supplicari fecerunt,
ut sibi in præmissis opportune provi-
dere, et ut infra indulgere de beni-
gnitate Apostolica dignaremur. Nos igitur
ipsos exponentes specialibus gratiis,
et favoribus prosequi volentes, et eo-
rum singulares personas a quibusvis
excommunicationis, et interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis censuris, sententiis, et
pænis quovis modo, et quacumque de
causa latis, si quas forte incurrerunt,
hujus tantum rei gratia absolventes, et
absolutos fore censentes, hujusmodi sup-
plicationibus inclinati, prædictum de-
cretum cum omnibus, et singulis in
eo contentis, et expressis auctoritate Apo-
stolica, tenore præsentium, confirma-
mus, et approbamus, illique inviolabi-
lis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus,
omnesque, et singulos juris, et facti
defectus, si qui desuper quomodolibet
intervenerint, supplemus, et sanamus.

Bull. Rom. Tom. III.

§. 4. Decernentes, præsentibus litem
semper firmas, validas, et effica-
ces existere, et fore, suosque plenâ-
rios, et integros effectus sortiri, et
obtinere, ac ab illis, ad quos spectat,
et pro tempore quocumque spectabit,
plenissime suffragari, et ab eis
respective inviolabiliter observari, sicque
in præmissis per quoscumque Judices
Ordinarios, et Delegatos etiam causa-
rum Palatii Apostolici Auditores judi-
cari, et definiri debere, ac irritum,
et inane, si secus super his a quocum-
que, quavis auctoritate, scienter, vel igno-
rantly contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutioni-
bus, et Ordinationibus Apostolicis,
nec non Provinciæ, et Ordinis prædi-
ctorum etiam juramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, et consuetudinibus;
privilegiis quoque indultis, et literis
Apostolicis superioribus, et personis sub
quibuscumque tenoribus, et formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriis
derogatoriis, aliisque efficacioribus, ef-
ficacissimis, ac insolitis clausulis, ir-
ritantibusque, et aliis decretis in ge-
nere, vel in specie, ac aliis in con-
trarium quomodolibet concessis, ap-
probatis, et innovatis. Quibus omni-
bus, et singulis illorum tenores præ-
sentibus pro plene, et sufficienter ex-
pressis, ac de verbo ad verbum inser-
tis habentes, illis alias in suo robore
permansuris, ad præmissorum effectum
hac vice dumtaxat, specialiter, et ex-
presse derogamus, cæterisque contrariis
quibuscumque. Datum Romæ apud San-
ctam Mariam Majorem, sub Annulo Pi-
scatoris, die decima secunda Martii mil-
lesimo septingentesimo sexagesimo quin-
to, Pontificatus Nostri Anno septimo.

*Clausula sub-
blata, et decré-
tum irritans.*

*Derogatio con-
trariorum.*

*Preces porre-
ctæ pro supra
relati Decreti
approbatione,
et Pontificis
hac de re as-
sensus, atque
confirmatio.*



Dat. die 15.
Martii 1766.
Anno VII.

CDLVIII.

Episcopo Barchinonensi cum Pontifice gratulante pro nuper edita constitutione *Apostolicum* = super confirmatione Instituti Societatis Jesu, causas promulgationis hujus Constitutionis designat Pontifex idem

Venerabili Fratri Assentio Episcopo
Barchinonensi

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **Q**ui ex Hispaniarum Episcopis queribundus Nobis scripsisti primus de Clericorum Regularium Soc. Jesu calamitate, eandemque Societatem Nobis commendasti majorem in modum, æquum erat ex Nostra Constitutione, qua nuper pium eorum Institutum confirmavimus, præcipuam ad te pervenire lætitiã. Nos illud Institutum approbare denuo et confirmare necesse fuit, ne profanorum vocibus Fidelium aures diutius obtunderentur, neve simpliciores aliquid vitii in eo Nos comperisse ex silentio Nostro fortasse suspicarentur, et hujus S. Sedis in approbandis sacris Regularium Ordinibus judicio diffiderent. Istam autem lætitiã, quam ex ea Constitutione se cœpisse scribit Fraternitas tua tibi gratulamur, magnamque te vicissim attulisse Nobis profiteamur consolationem, cum in tuis literis testaris = in corpore Societatis Jesu usque te esse expertum vigere, quæ tua verba sunt, robustum Orthodoxæ fidei zelum, atque oculis cernere ejus Ordinis viros, Christianæ pietatis, per totam Diœcesim tuam sedulo incumbere = Ut Apostolicum de illius Instituti sanctitate judicium zelo tuo scribis fuisse gratissimum, ita libentissimo animo ex tuis literis intelleximus, qui ex ea Societate isthic apud Vos sunt, vitam quam ad ejusdem Instituti normam profitentur, morum innocentia et pietatis studio exhibere. Sic eos nunc maxime se gerere oportet, ut cum modestia et timore, ut ait Bñus Petrus, conscientiam habeant bonam, et quod detrahunt illis, confundantur, qui calumniantur eorum bonam in Christo conversationem. Tibi vero Ven: Frater eximie erga te benevolentie Nostræ pignus Apostolicam benedictionem permanenter impertimur. Datum Romæ apud

S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiii. Martii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CDLIX.

Dat. die 15.
Martii 1765
Anno VII.

De eodem argumento prolixius agit cum Archiepiscopo Tarraconensi, et Instituti Societatis Jesu laudes, et mæritata designat.

Venerabili Fratri Joanni Archiepiscopo
Tarraconensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **J**ucundissimæ Nobis fuerunt literæ Fraternitatis tuæ, zelum Dei plane spirantes, et Episcopatum tuarum virtutum testes locupletissimæ, quæ Nobis afferunt, magnum te, et, qui isthic apud Vos sunt, Clericos Regulares Societatis Jesu cœpisse consolationem, ex nupera Constitutione Nostra ineunte hoc Anno edita, qua pium eorum Institutum solemniter confirmavimus. Ejus condendæ Constitutionis illa sane primario loco causa Nobis fuit, ut gravissimum scandalum amoveretur, quod veritatis inimici, Ecclesiæ æque ac Societate Jesu infensi, Fidelibus qui simpliciore sunt ingenio ab his quatuor annis objecerant. Verendum enim erat ne si diutius tacuissemus, silentium Nostrum in argumentum verterent deceptæ a multo tempore hujus Apostolicæ Sedis, quæ Institutum, ut calumniatur gravitibus vitiorum cum laudaverit, et tantam Ecclesiæ frugiferum duorum seculorum spatio foverit, nunc mutæ et elinguis veritatis vi propemodum victa videretur.

Confirmatio Societatis Jesu necessaria fuit, grassantibus contra ipsam persecutionibus, ne videretur Apostolicam Sedem, de ejusdem præstantia longo fuisse tempore deceptam.

§. 2. Sed inter alias causas quæ ad illud Institutum laudandum confirmandumque Nos impulerunt non ultima certe fuit quod mœrentem, jacentemque Societatem erigere, et consolari voluimus. Quamobrem et illi cui maxime interest, et Fraternitati tuæ quæ ex ejus infortunio non mediocrem dolorem videtur accipere, consolationem istam, quam vobis attulit Nostra Constitutio, ex animo gratulamur. Et Nos quidem ob ejus Societatis ærumnas per quam graviter angimur; sed nunc qui consolatur humiles consolatus est Nos Deus

Causa altera dicta confirmationis fuit, ut Societatis misere undique oppressæ, aliquam saltem afferret consolationem.

in literis tuis, Venerabilis Frater, qui Nobis refert Religiosorum hominum desiderium tuum, eorumque fletum dum memorata legeretur Constitutio, eorumque æmulationem pro Nobis, et pro hac Bñi Petri Apostolica Sede, ita ut magis gaudeamus. Reliquum est ut ipsi inter hanc suam ipsorum calamitatem recogitent, eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut non fatigentur suis deficientes. Nec obliviscantur consolationis, quæ illis tamquam filiis loquitur dicens: *Fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris; quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit.* In disciplina perseverent. Illis tamquam filiis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corrigit Pater?

§. 3. Denique Venerabilis Frater eam Societatem magnopere tibi commendatam volumus: quamquam commendatione Nostra non indiges, qui eam, et maximi facere, et tuo patrocinio jamdiu suscepisse videaris. Nec mirum si Ecclesiæ tuæ amantissimum singulari eos complectare benevolentia, qui ad eandem Ecclesiam tuam ædificandam tibi strenuam et adsiduam operam navare possint, et velint. Et Fraternitati tuæ intimo Nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima tertia Martii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDLX.

Idem Argumentum agit cum Episcopo Mutinensi, pro evulgata Constitutione *Apostolicum* cum Pontifice gratulante.

Venerabili Fratri Josepho Mariæ
Episcopo Mutinensi

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

Constitutionem, qua nuper Institutum Societatis Jesu confirmavimus, et ab ejus obtrectatoribus defendimus, gratam Fraternitati tuæ accidisse, bonisque omnibus, quibus est cordi Ro-

manæ Ecclesiæ honor et existimatio, jucunditatem attulisse ex literis Fraternitatis tuæ libentissimo animo accepimus. Maculam illam, quam S. huic Sedi infensi homines studientur inurere quasi Institutum, ut ipsi dicitare audent, impium, probaverit ut sanctam et pium, omnino delere oportuit. Si qui simpliciore ingenio, aut leviori animo Ecclesiæ Romanæ inimicorum clamoribus nonnihil commoti, dabitare cœperant, quid de eo Instituto sibi sentiendum esset, eorum in animis opinionem illam, quam in Ecclesia boni omnes semper habuerunt firmam et stabilem nunc permanere gaudemus. Reliquum est Venerabilis Frater, ut eam Societatem, quam tu jampridem Nobis commendasti, tuo patrocinio tueare, et homines, in quibus plerique Episcoporum testantur se comperisse, Fidei zelum pietatisque studia flagrare, ad sanctificandas animas tuæ fidei commissas adhibeas: Tibique benevolentia erga te Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvi Martii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDLXI.

Ut in Murciensi S. Paschalis Custodia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum si Religiosorum numerus duodenario minor fuerit, ad Diffinitorii officia eligantur tres, vel saltem duo, qui officiis iisdem, jam sint perfuncti, licet de corpore non sint Capituli.

Clemens PP. XIII.

Ad futurum rei memoriã

§. 1. **S**uprema Apostolicæ charitatis, providentiæque Nostræ erga omnes Christifideles, atque eos potissimum, qui e fluctibus sæculi erepti, ad tranquillum Religionis portum confugerunt adhibenda a Nobis cura, maximopere postulat, atque exigit, ut omnem Pontificæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, ut omnia ad Divinum cultum adaugendum, Regularem disciplinam confirmandam, procurandam-

Dat. die 26.
Martii 1765.
Anno VII.

Proemium.

Societatem Jesu huic Archiepiscopo summpere comendat.

Dat. die 13.
Martii 1765.
Anno VII.

que æternam animarum salutem, componuntur, constabulanturque.

Quæ Regulari disciplinæ incomoda derivent huic Custodiæ ex actuali Diffinitorum numero.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Custos, et Diffinitorium Custodiæ S. Paschalis Baylon Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum, quod licet dicta Custodia, novem tantum Conventibus constet, et Fratrum numero nequaquam abundet, nihilominus Diffinitorium quinque Patribus componitur; uno scilicet Custode, et quatuor Diffinitoribus, qui, expletis hujusmodi officiis, certis quibusdam juxta ipsius Ordinis Constitutionibus gaudent exemptionibus, et nonnisi post elapsam sexennium rursus in Custodes, seu Diffinitores eligi possunt, ex quo fit ut præfata Custodia nimio exemptorum numero, non sine Regularis disciplinæ detrimento prægravetur, et ob Ex-Custodum, et Ex-Diffinitorum multitudinem, nimium Electorum libertas coarctetur in seligendis iis, qui ad hujusmodi munera, ut opus est, gerenda apti destinati sunt.

Ad quæ renovanda, peculiari resolutione habita fuit pro tali Diffinitorum numero diminuendo.

§. 3. Quare ut hujusmodi malo, atque incomodo, aliquod opportunum remedium adhiberetur, in particulari congressu habito die xxviii. Januarii MDCCLXV. approbante etiam moderno Ministro Generali totius Ordinis, capta fuit resolutio, seu decretum editum, tenoris qui sequitur, videlicet =

» Considerato excessivo numero Patrum
» Custodiæ, et Ex-Diffinitorum in hac
» Custodia, quæ novem tantum ex Con-
» ventibus constat, et considerata pari-
» ter majori in Capitularibus electioni-
» bus libertate, visisque informationi-
» bus, et votis in scriptis præstitis, a
» quinque hujus Custodiæ S. Paschalis
» Patribus, decernimus impetrandam
» esse Apostolicam facultatem, ut in
» quolibet Custodiali Capitulo, ad Dif-
» finitorii Officia, non nisi duo, aut
» ad summum tres ex iis, qui antea
» de Diffinitorio non fuerint, eligi va-
» leant; reliqui vero eligi debeant ex
» iis qui jam de Diffinitorio extiterint,
» sive sint de corpore Capituli, sive
» non, dummodo per sex annos, juxta
» præscriptum in statutis a Gregorio XV
» confirmatis ab hujusmodi vacaverint
» officiis: si vero ex supradictis, qui
» per sex Annos ab officio vacaverint,
» decem saltem non extiterint, hujus-
» modi numerus ad præfatum reelectio-
» nis effectum ab aliis expleatur, qui
» per tres annos tantum a dictis va-
» caverint officiis, horum antiquitatis
» ordine servato: atque hujusmodi fa-

» cultas, eatenus durare intelligatur,
» quatenus hæc Custodia ex duodecim
» non coaluerint Conventibus ».

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præinsertæ resolutioni, seu decreto, Generalia Ordinis Statuta, Apostolica auctoritate confirmata obstant, quominus executioni demandari possit; propterea iidem exponentes, ut firmiter in futurum subsistat, et exacte servetur, Apostolicæ approbationis Nostræ robore, et confirmationis patrocinio communiri summo opere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces portetæ pro supra relata resolutionis approbatione Apostolica.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, petitam facultatem quam a Nobis impetrandam, ut præfertur decreverunt, Apostolica auctoritate concedimus, et impertimur: et insuper præmissum decretum, seu resolutionem, cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis, eadem auctoritate, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus; omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplementis, et sanamus.

Pontifex dictam resolutionem approbat, confirmat, et exequi mandat.

§. 6. Decernentes, præsentibus literas, et omnia, et singula in eis contenta, et expressa semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, sublata eis et eorum cuilibet quacumque aliter judicandi, et interpretandi facultate; quod si secus factum fuerit, id omne irritum, et inane, ad pristinum statum reducere curabimus.

Clausula sublatæ, et decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et fel. rec. Gregorii XV prædecessoris

Derogatio contrariorum.

Nostri, nec non Custodiæ, et Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrariis præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis eorum tenores pro insertis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvi. Martii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDLXII.

Literæ Processus in die Cænæ Domini publicatæ.

Quoad publicationem harum literarum, vide Tom. II sub num. CDXV pagin. 461 cum adnotatione ibidem apposita.

§. 1. **P**astoralis Romani Pontificis vigilantia, et sollicitudo (*Omittitur tenor harum literarum perlegendus in præsentis continuationis Tom. I. Num. LII. pag. 116, qui est præsentibus omnino similis*).

CDXIII.

Facultas perpetua indulgetur asservandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Cappella Accademiæ Nobilium Civitatis Venetiæ sub regimine Clericorum Regularium Congregationis Somaschiæ.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis Clericorum Regularium Congregationis Somaschiæ, quod cum in Accademia Nobilium nuncupatorum Civitatis Venetiæ, a Clericis Regularibus Congregationis prædictæ dirigi solita, propria privata Cappella decenter ornata ab omnibus ejusdem Accademiæ man-

sionibus separata reperiatur, in ea tamen Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum non asservatur. Ac propterea facultatem asservandi in Cappella hujusmodi prædictum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pro commoditate Adolescentium in Accademia hujusmodi pro tempore commorantium, eisque inservientium per Nos concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in dicta Cappella privata Accademiæ hujusmodi, dummodo decenter ornata, sacrisque suppellectilibus instructa sit, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, cum manutatione lampadis semper accensæ, asservari possit, facultatem, auctoritate Apostolica, concedimus, et impertimur. Ita tamen, ut clavis Cyborii custodiatur per aliquem Presbyterum ipsorum Clericorum Regularium, a Rectore, vel Superiore dictæ Accademiæ pro tempore existenti deputandum, ut juxta Apostolica indulta dictæ Congregationi impertita, omnibus, et singulis, sive Clericis Regularibus Congregationis prædictæ, sive Adolescentibus in eadem Accademia commorantibus, sive Accademiæ hujusmodi actu inservientibus, prædictum Eucharistiæ Sacramentum, etiam per modum Viatici quocumque tempore absque aliquo censurarum, vel pœnarum incursu et impune, citra tamen præjudicium jurium Parochialium, ministrari libere, et licite possit, et valeat.

§. 3. Decernentes, easdem præsentem literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales,

Pontifex precibus annuit, datis nonnullis salutaribus prescriptionibus.

Clausula subblata, et decretum irritans.

Dat. die 4 Aprilis 1765. Anno VII.

Dat. die 19 Aprilis 1765. Anno VII.

Proces porrecte pro hoc indulto obtinendo.

et Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die decima nona Aprilis MDCCCLXV Pontificatus Nostri anno septimo.

CDLXIV.

Dat. die 22.
April. 1765 An-
no VII.

Confirmatio erectionis Cœnobii Yeclensis, in Domum Professorum Custodiæ Sancti Paschalis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Excalceatorum, et approbatio legum in eodem Cœnobio servandarum.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. In Supremæ dignitatis Soglio, Divina disponente gratia, mæritis licet imparibus constituti, inter multiplices curas ex debito Pastoralis Officii, ad ea etiam sollicitè invigilare non omitimus, per quæ Religiosa loca, illorumque personæ, Divinis mancipatæ obsequiis, in pacis, et quietis tranquillitate, ac Regularis vitæ, et Ecclesiasticæ disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perpetuo valeant conservari.

In Custodia S. Paschalis Baylon nullus estabat Conventus pro Professorio, seu Choristatu, quam proinde Congregatio ejusdem Custodiæ destinavit, et peculiariter statuta condidit.

§. 2. Nuper siquidem dilecti filii Custos, et Diffinitorium Custodiæ Sancti Paschalis Baylon, in Regno Murciae existentis, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum nuncupatorum, exponi Nobis fecerunt, quod licet dicta Custodia, a Ministro Generali totius Ordinis qui tunc existebat erecta, et a recolendæ memoriæ Benedicti XIV prædecessore Nostro per literas suas in simili forma Brevis sub die xxiii Novembris Anni MDCCXLIV expeditas, prout in dictis literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur, Apostolica auctoritate confirmata fuerit: nihilominus a

dicto tempore, usque ad præsens Professorium, seu Choristarum Domus, in qua scilicet ii, qui post Probationis, seu Novitiatus annum, Regularem emisserunt professionem, educari, instrui, ac edoceri in via Domini pergunt, et in Religionis proposito, ac Regulari observantia magis confirmantur, nondum constituta, et destinata reperiebatur. Propterea in Congregatione, novissime per supradictam Custodiam celebrata, habito, per Custodem, et Diffinitores præfatos, particulari super hac re tractatu, non solum designatus, et destinatus fuit in Domum Choristarum, seu Professorum, Conventus S. Francisci in Oppido de Yecla nuncupato, verum etiam quædam conditæ fuerunt Ordinationes, Provisiones, Statuta, quibus Choristarum Domus prædicta, ipsique Choristæ, seu Fratres professi, spirituali, et temporali, juxta Regularem disciplinam, prædictique Ordinis Constitutiones, regimine, provide in Domino gubernentur, quorum tenor est, qui sequitur videlicet =.

Tenor Statutorum.

» I. In executionem Decretorum S. M. Clementis VIII, statutimus, quod in hac Custodia una pro Choristatu domus habeatur, ubi in Regulari disciplina, et via spiritus magis magisque confirmentur Choristæ
» Hinc in hujusmodi Domum, Conventum S. P. N. Francisci Yeclensem destinamus.

» II. Choristatus itaque habitatio distincta sit, neque alicubi reliquis Conventus habitationibus communicet. Janua clavi observanda, horis silentii claudatur, retenta a Magistro clavi. Ad Januam tintinnabulum adsit; ab eo pulsandum, qui fores pulset ibique responsionem expectet. Proinde N. C. Fr. Custos præceptum imponat S. obedientiæ, ne ullus Religiosus, aut Oblatus, absque expressa Magistri licentia, in Choristatum ingredi audeat.

» III. Habeatur quoque Tegula, ut in Novitiatu, et ad eundem usum; quotidie vero in comuni recitentur Orationes a S. Bonaventura traditæ, ac in Festis Beatæ Mariæ Virginis recitetur Oratio, quæ incipit, *omni die, die Mariæ etc.*

» IV. Fiat omnium Choristatus utensilium exacta descriptio, ad cuius formam ratio reddenda, et facienda traditio ab eo, qui Magistrum absolverit, in manibus suffecti, hujusmodi actu scripturam redacto, quem uterque subscribat.

» V. Provideatur Choristatus de
» artificiali Horologio, quo a somno
» suscitari valeat Chorista, media nocte
» alijs ad Matutinum excitaturus: Ma-
» gister vero ad hujusmodi munus ex
» Choristis unum designet, neque proinde
» ad id designatus, ab interessendo
» Matutinis excusetur.

» VI. Habitatio in qua degere
» debent Choristæ, Choristatus ipse
» sit, neque inde exeant, nisi ex cau-
» sa necessaria, et ad ea ob quæ No-
» vitii ab Novitiatu exire solent; sem-
» per autem egressus prævia Magistri
» licentia, et cum Socio fiat. Num-
» quam tamen exire permittantur, nisi
» ut ad Ecclesiam se conferant inser-
» viendi causa Missis diebus Festis; cæ-
» teris vero diebus in casu tantum,
» quo res valde urgeat, ad Ecclesiam
» pergat destinandus a Magistro, qui
» eum destinare curet, de quo majore-
» rem habeat fiduciam. Oratio quæ fit
» ante Eucharistiæ Sacramentum post
» mediam noctem, quæ ad Feriam V.
» in Parasceve tendit, alternis ita di-
» vidatur, ut Choristarum pars simul
» cum Magistro, reliqua vero pars cum
» ejus vigilet Adjutore; idemque in si-
» milibus casibus servetur, seduloque
» curent Magister, et Adjutor, ne,
» quod fieri possit Choristis desit alte-
» rutrius ipsorum custodia.

» VII. Ne in cæteris Conventi-
» bus Choristarum desiderentur officia
» a N. C. Fr. Custode Religiosi Laici
» aut Oblati deputentur, qui curam ge-
» rant Hospitii, Tonstrinæ, Valetu-
» dinarii, aliaque munera extra Cho-
» rum exerceant. Porro Choristæ pa-
» tinas lavent, Conventum verrant, ac
» cætera præsent, quæ a Novitiis ex-
» plentur a Magistro, seu Adjutore sociati.

» VIII. In iis Conventibus, in
» quibus, nec Studentes, nec Chori-
» stæ degunt, Janitor Fratres excitet
» ad Matutinum, et N. C. Fr. Custos
» Religiosum destinet, qui faciat si-
» gnum ad scëssum in meridie noctu-
» que, et Dormitorium lastrali asper-
» gat aqua.

» IX. Nullus Chorista cuium-
» que Religioso etiam ex gravioribus sit
» ab obsequiis. At vero incumbat Ma-
» gister, ut in Choristatu Tunicas muni-
» dent, consuantque, ac cætera præ-
» sent pro Religiosis gravibus, aut
» hisce obsequiis indigentibus.

» X. Quo tempore per hortum
» Conventus Choristæ spatiantur, nec
» cæteri Religiosi, nec Seculares illuc
» accedant, clausaque proinde maneat

» horti Janua. Semel in mense cum
» Magistro, et Adjutore ad Campestria,
» aut Oppidi suburbana pergere valeant:
» at vero in iis deambulationibus cu-
» retur sedulo, ne adjungantur, aut
» confabulentur cum Secularibus. In Fe-
» riis Natalitiis vetitum sit Choristis
» recreationibus interesse cum cæteris
» de Comunitate, sed ipsis permittun-
» tur in Choristatu tantum, eadem ser-
» vata forma, quæ a Novitiis haberi
» solent.

» XI. Choristæ ne exeant a Con-
» ventu, præterquam ad Supplicationes,
» et Funera generalia, quibus Com-
» munitas intersit, minime vero qua-
» cumque de causa ad cætera ducen-
» da funera.

» XII. Pariter ullam ne scribant,
» dent, recipiantur Epistolam absque Ma-
» gistri venia, a quo eam petant pro qui-
» buscumque aliis casibus, in quibus
» a Novitiis peti soleat; qui vero aliter
» egerit, pro modo culpæ a Magistro
» puniatur.

» XIII. In Choristatum, Secu-
» laribus, Religiosis, et Oblatis non
» permittatur ingressus, præterquam
» ex justa causa arbitrio Magistri, et
» prævia ejus licentia, et non alias,
» Choristas alloqui valeant, non tamen
» in eorum Cellis, sed palam, et Ma-
» gistro, aut Adjutore rescipiente.

» XIV. Choristæ vero non con-
» fabulentur cum Religiosis, aut Obla-
» tis, minusque cum Secularibus; iõ-
» terrogati autem brevissime, nullaque
» interjecta mora, respondeant. Religio-
» sus, sive Oblatus cum Choristis con-
» fabulans, aut eis Epistolas, et execu-
» lenta tradens, a Prælato castigetur
» pœna delationis lignei in ore fræni
» ad Refectorium, ubi certior fiat N.
» C. Fr. Custos, ut efficax adhibeat
» remedium.

» XV. Nullus Chorista ægrotaus,
» in Valetudinarium secedat, nisi cognos-
» scatur graviter ægrotae, quo casu,
» qui eum inviserint, perinde cum illo
» agant, ac si eum Novitio ægroto
» agendum foret; si a quopiam aliter
» gestum fuerit, a Prælato puniatur.

» XVI. Si quis Chorista iube-
» diens fuerit, et Cellas, aut Officinas
» ingrediatur aut quod alii ingrediatur
» permiserit, acriter puniatur; atque
» in id sedulo invigilent Prælati, Ma-
» gister, et Adjutor.

» XVII. Nulla de causa permit-
» tatur, duos Choristas in eadem Cel-
» la degere, aut cubare.

» XVIII. Non intersint Choristæ

» Collationibus, quæ intra hebdomadam
» a Comunitate habeantur, sed gene-
» ralibus tantum: in Choristatu vero
» habeant, et ipsi, quas Comunitas
» habere soleat, exceptis moralibus,
» quarum loco de Grammatica, et Rhe-
» torica suas habere poterunt.

» XIX. In Choristatu perpetuum
» servetur silentium, neque Choristæ
» intense sermones serant, sine expres-
» sa Magistri licentia, qui attente in-
» vigilet, ut eorum sermones religiosi
» sint, ad ædificationem, atque mo-
» desti, ac serio, rigideque transgres-
» sores castiget.

» XX. Visu, gestuque, doctrinam
» sibi in Novitiatu traditam observent
» Choristæ, præsertim in publicis, et
» comunibus functionibus; si quis in
» his deficiat, a Præfato, et Magistro
» puniatur.

» XXI. Choristæ in Choristatu,
» dum in suis Cellis manent, aut orent,
» aut lectioni, vel studiis dent operam
» nisi a Magistro aliæ honestæ occu-
» pationes ipsis injungantur.

» XXII. Post cœnam ad Eccle-
» siam pergant altaria visitaturi, et be-
» nedictionem a Domino recepturi,
» inde in Professorio coronam recitent;
» temporis residuo, usque ad seces-
» sum, interogentur a Magistro de Re-
» gula, Oratione, et Mystica.

» XXIII. Spiritualibus, quæ quo-
» tannis in omnibus Conventibus fiunt
» exercitationibus, in Choristatu vacet
» Choristarum pars cum Magistro, alia
» vero cum Adjutore.

» XXIV. Quotidie Missam au-
» diant Choristæ a Magistro, aut Adj-
» tore in Choristatu celebrandam, cu-
» rentque ne quis Chorista desit, Festis
» præsertim diebus.

» XXV. Injungimus Magistro,
» ejusque Adjutori, quod unanimes in
» instruendis, educandisque Choristis
» procedant, eosque edoceant Doctri-
» nam Christianam, Regulam, et alia,
» quæ in Novitiatu docentur, prose-
» quentes quantum fieri possit, ejusdem
» Novitiatus exercitationes; satagant
» ut leges Choristis, Fratribusque de
» benedictione incumbentes, simul cum
» his Ordinationibus observent; eos hor-
» tentur, et erudant; potissimum de
» modo habendi Orationem, quæ per
» meditationem fit, quo pacto passio-
» nes vincere, virtutesque acquirere
» possint, et quod sint Religiosi non
» tam habitu, quam corde, et spiritu,
» quamohrem frequenter in Choristatu
» legantur libri ad id opportuni.

» XXVI. Ultra Magistrum, et
» Adjutorem, alii duo Religiosi Sacer-
» dotes, ad confessiones excipiendas
» approbati, et arbitrio Prælati Con-
» ventus eligendi in Confessarios Ordina-
» rios Choristarum in Choristatu degen-
» tium deputentur, cum facultate etiam
» illos a reservatis casibus absolvendi.
» Præter eos Præfatus Conventus ali-
» quando intra annum alios duos, plu-
» resve destinet Religiosos, de quibus
» habeat fiduciam, hisce facultatem
» impertiatur, Choristarum, qui volue-
» rint Confessiones excipiendi, eosque
» a casibus reservatis absolvendi: Con-
» fessiones autem hujusmodi, post cœ-
» nam recipiantur.

» XXVII. Choristæ biennio in
» Choristatu permaneant, aut saltem
» anno uno; si numero multi fuerint,
» qui recentius Professionem emiserint,
» in Novitiatu remaneant; si autem No-
» vitatus eos non capiat, degant in S. An-
» næ Conventu, non vero in aliis præ-
» terquam in casu, quo aliquo Con-
» ventu, Laicorum, aut Oblatorum,
» qui de Valetudinario, Hospitio, aliis-
» que extra-Choralibus officiis curent,
» copia desit: hisce enim casibus ad
» hujusmodi Conventus unum, aut duo
» ex antiquioribus Choristis, quorum
» relaxatio non adeo facile futura præ-
» noscitur super quo N. C. Fr. Custos
» a Magistro certior fiat, mittere va-
» leat.

» XXVIII. Dum in Choristatu
» degunt, Choristis licentia denegetur
» ad suas Patrias se conferendi, nisi
» eorum Genitores morti proximos es-
» se contigerit.

» XXIX. Choristatus tempore ab-
» soluto, Conventus ad quod per obe-
» dientiam mittuntur, petant; hinc cu-
» ret Magister de eorum repartitione,
» ac binos, aut ternos mittat, eosque
» aut ipse, aut Adjutor associet, donec
» in via, procul a Conventu a quo fue-
» rint constituti.

» XXX. Ad rectam novorum Re-
» ligiosorum educationem consequen-
» dam, Magister, et Adjutor quoad fie-
» ri possit, invigilet eos a Secularium
» aspectu arcere, et a cæterorum Re-
» ligiosorum conversatione abstrahere:
» e suo conspectu eos numquam di-
» mittant, sed associet, et sollicitè
» caveant, præsertim cum tonderi, Ec-
» clesiam verrere, et similia agere so-
» lent, et opportunas adhibeant, ad quod-
» cumque absurdum vitandum, cautelas.

» XXXI. Denique statuimus,
» quod in Domo Choristatus, ad actus

» Comunitatis deficiente Guardiano, aut
» Præsidente, præsit Choristarum Magi-
» ster; quod hæ Ordinationes in Co-
» munitate legantur, quandocumque
» nostræ Constitutiones legi solent.

Preces porre-
ctæ pro relata-
rum Ordinationum approba-
tione, et suc-
cessiva Pontifi-
cis approbatio.

§. 3. Cum autem sicut eadem ex-
positio subjungebat, ut præinsertæ Con-
stitutiones, Provisiones, Statuta firmitus
subsistant et exactius serventur, Apo-
stolicæ confirmationis Nostræ patroci-
nio comuniri summopere desiderent:
Nos, ipsos exponentes specialibus fa-
voribus, et gratiis prosequi volentes,
et eorum singulares personas, a qui-
busvis excommunicationis, interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris,
ac pœnis, si quomodolibet innodatae
existunt, harum tenore absolventes, et
absolutas fore censentes, supplicationi-
bus eorum nomine Nobis super hoc hu-
militer porrectis inclinati, de Congre-
gationis Venerabilium Fratrum Nostro-
rum S. R. E. Cardinalium, negociis,
et consultationibus Episcoporum, et Re-
gularium præpositæ consilio, præinsertas
Ordinationes, Leges, Statuta, et
Stabilimenta, auctoritate Apostolica, te-
nore præsentium confirmamus, et ap-
probamus, illisque inviolabilis Aposto-
licæ firmitatis robor adijcimus, ac om-
nes, et singulos juris, et facti defe-
ctus, si qui desuper quomodolibet in-
tervenerint supplemus, et sanamus;
salva tamen semper in præmissis au-
toritate memoratæ Congregationis Car-
dinalium.

Clausula su-
blata, et decre-
tum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsen-
tes literas, semper validas, firmas, et
efficaces existere, et fore, suosque ple-
narios, et integros effectus sortiri, et
obtinere, ac illis ad quos spectat, et
pro tempore quandocumque spectabit
plenissime suffragari, sicque in præ-
missis per quoscumque Judices ordi-
narios, et delegatos, etiam causarum
Palatii Apostolici Auditores, nec non
Sanctæ Sedis Nuncios, et Cardinales
a Latere Legatos judicari, ac definiri
debere, sublata eis, et eorum cuilibet
aliter judicandi, et interpretandi facul-
tate, alias quæ in contrarium gesta sunt,
id omne irritum et inane reputabimus,
nulliusque ponderis, et efficaciam, et
ad pristinum statum reducere cura-
bimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutio-
nibus, et Ordinationibus Apostolicis,
nec non Custodiæ, et Ordinis præfa-
torum, etiam juramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, et consuetudinibus;
privilegiis quoque, specialibus indultis,
Bull. Rom. Tom. III.

et literis Apostolicis, in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis,
confirmatis, et innovatis; Quibus om-
nibus et singulis eorum tenores hic pro
insertis habentes, specialiter, et expres-
se derogamus, cæterisque contrariis qui-
buscumque. Datum Romæ apud S. Ma-
riam Majorem sub Annulo Piscatoris
die xxii. Aprilis MDCCLXV. Pontifi-
catus Nostri Anno septimo.

CDLXV.

Dat. die 30^a
Aprilis 1765^a
Anno VII.

Pseudo-Synodus Provinciæ Ultrajecten-
sis habita die 13 Septembris 1763.
proscribitur, et annullatur, nec non
damnatur liber Ultrajecti æditum an-
no 1764 quo acta, et decreta dictæ
Synodi referuntur.

*Electionem Petri Joannis Meindarts in
Pseudo-Archiepiscopum Ultrajecten-
sem irritavit, nec non eundem, at-
que Electores excommunicavit, aut
quominus se in Archiepiscopum con-
secrari facere auderet prohibuit Cle-
mens XII. Constit. anni 1759. Octob.
6. perlegenda in Bullario Mainardii:
Consecrationem supradicti intrusi Ul-
trajectensis Archiepiscopi damnavit,
eundemque iterum excommunicavit Be-
nedictus XIV. Constit. anni 1741 Ju-
nii 24. Electionem Hieronymi de Boch
in Pseudo-Episcopum Harlemensem
damnavit pariter, eumque excommu-
nicatum vitandum declaravit Pontifex
idem Constit. anni 1752 Septembr. 1.
Consecrationem hujus Pseudo-Episco-
pi, deinde damnavit, et excommuni-
cationem jam prius indictam confir-
mavit Pontifex idem Constit. alia an-
ni ejusdem Decembr. 20. Electionem
Joannis Van-Stiphout in Pseudo-Epi-
scopum Harlemensem, post præde-
cessoris funus, nulliter factam decla-
ravit, cum censurarum indictione Pon-
tifex idem Constit. anni 1745 Junii 26
Appellationem ad futurum Concilium
interpositam ab Pseudo Archiepisco-
po Ultrajectensi, et Episcopo Harle-
mensi, nec non librum eandem ap-
pellationem continentem, damnavit at-
que prohibuit Pontifex idem Constitu-
tione ejusdem diei, mensis, et anni,
ut videre est in Benedictino Bullario.*

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 2. **N**on sine acerbo animi sen-
su, atque dolore jam pridem accipi-

Referuntur
actus nulliter
gesti ab Exco-

municatis Iri-
bus Episcopis
Provincia Ul-
trajectensis, et
eorum nullitas.

mus, perditos homines, et pervicaces iniquitatis filios Petrum Joannem Meindarts, Joannem Van-Stiphout, et Bartholomæum Byevelde, quos a fel. recor. prædecessoribus Nostris Clemente XII, et Benedicto XIV. semel, atque iterum Apostolico majoris excommunicationis mucrone fuisse confixos, atque ita ab Ecclesiæ gremio exturbatos etiam Schismaticos vitandos declaratos fuisse, et ab omnibus Episcopalis jurisdictionis, et dignitatis muneribus interdictos, ipsa jamdudum novit Catholica Ecclesia, nonnullis suæ factionis Ecclesiasticis viris in criminis societatem adscitis, clancularium quemdam habuisse Conventum, atque in eo de fide, de moribus, de disciplina tamquam Judices in Ecclesia constitutos, ausos esse plura statuere, et decernere, canones condere, atque ea demum omnia Episcopalis muneris officia usurpare, quæ constat inter omnes, qui quidem sint Catholici nominis, ad Episcopos cum Catholica Ecclesia communionem habentes, dum in legitimis Synodis congregantur tantummodo, pertinere.

Insidiosa me-
thodus habita
pro evulgatio-
ne actorum hu-
jus Pseudo-Sy-
nodi.

§. 2. Indignum ejusmodi facinus plane detestati, supplices, usque adhuc ad Deum preces Nostras prosternere non cessavimus, ut ambulantes in pravitate cordis sui, divina luce collustratos, et cælestis gratiæ numine permotos, super semitas justitiæ deduceret. Sed, ut ait sapiens, *perversi difficile corriguntur, et eos impiorum devorat iniquitatem*. Nam de irrequietis hominibus, quos supra memoravimus, gravior ad Nos perlatus est nuncius, eos tumentes in peccato suo, et ipsis sibi delictis placentes, illegitimi hujus, nefarii que conventus non modo acta typis impressa in publicam lucem edidisse, atque in omnes partes, per nefarii sui Schismaticis fautores latissime disseminasse, sed eo etiam prorupisse temeritatis, ut contemptis incredibili audacia, et ludibrio habitis tot Apostolicis Nostrorum prædecessorum decretis, quibus segregati sunt a Catholica Ecclesia, compluribus Venerabilibus Fratribus Nostris Episcopis, qui Nobiscum sunt christiana charitate conjuncti, eadem acta callide submiserint, eo fortasse consilio, ut ab iis probarentur, aut per eam occasionem saltem epistolam, quam veluti catholicæ communionis signum deinde ostentarent, consuetis, fraudulentissimæ suæ factionis artibus, et quasi per insidias surriperent.

Summi Pontifi-
cis officium est
has seditiones.

§. 3. Qui igitur indesinenter Apostolico Nostrò officio admonemur, No-

stras esse partes, animarum pericula avertere, motus, et perturbationes in Ecclesia sedare, schismata vel coorta statim opprimere, vel si latius serpant, iis acerrime obsistere, ne seditiosorum hominum, quos videmus esse in felle amaritudinis, et in obligatione iniquitatis, temerariis, venenatisque conatibus silentio Nostrò connivere, atque consequens adhibere videamur, unde gehennæ pœnas possimus incurrere, detestandam eorum machinam, per manifestum Apostolicæ Sedis, et canonicæ disciplinæ contemptum ad evertendam Ecclesiasticam Hierarchiam, unitatem, communionemque Catholicam dissolvendam, ad decipiendos, seducendosque simplices homines, et incautos, et in perniciem trahendas in universum Dominici gregis oves novissime admotam, censemus Apostolica virtute, et auctoritate, quantum in Domino possumus, dirui oportere.

et perturbatio-
nes Catholice
Ecclesiæ oppri-
mere, eisque
resistere.

§. 4. Auditis itaque nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris-S. R. E. Cardinalibus, aliisque pietate, et doctrina præstantibus viris, de eorum sententia, et consilio, eam Pseudo-Synodum, quo convenerunt memorati Petrus Joannes Meindarts, Joannes Van-Stiphout, et Bartholomæus Joannes Byevelde, alii que, qui extra Ecclesiam collecti secum esse Christum, cum fuissent collecti, falso sunt opinati, sine legitima jurisdictione, atque auctoritate coactam, et celebratam, nullam, illegitimam, et attentatam pronunciamus, atque omnia ejus acta rescindimus, cassamus, et irritamus, nulliusque esse roboris, et momenti edicimus, et declaramus. Librum vero, quo eadem acta evulgata fuerunt, cujus titulus = *Acta, et Decreta secundæ Synodi Provinciæ Ultrajectensis in sacello Ecclesiæ Parochialis S. Gertrudis Ultrajecti celebratæ die 13 Septemb. MDCCLXIII. Ultrajecti sumptibus Societatis MDCCLXIV.* tamquam continentem in infandi Schismaticis patrociniis propositiones falsas, calumniosas, scandalosas, Ecclesiasticæ Hierarchiæ eversivas, ac Apostolicæ Sedis injurias, damnamus, et reprobamus, ipsiusque libri quocumque idiomate editi, vel edendi lectionem, usum, retentionem, multoque magis distributionem, et distractionem omnibus, et singulis Christifidelibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ipso facto absque alia declaratione incurrendæ, Apostolica auctoritate præsentium tenore omnino interdiciamus, et prohibemus.

Pseudo-Synodum proscrit, et annullat, nec non damnat librum ejusdem referens acta.

§. 5. Præterea quæcumque alia scri-

Nec non scripta quæcum-

que in defensionem hujus schismatis.

Prohibet ne cum hisce excommunicatis vitandis ullam spiritualem communicationem Fideles habeant.

Preces Deo porrigit pro horum pervertorum conversione, et reditum ad Catholicam communionem.

Publicatio indicitur presentium litterarum, et fidem habendam esse earum transumptis mandatur.

pta, vel manu exarata, vel typis excusa, aut excudenda in hujus funesti schismatis defensionem, eadem auctoritate, et tenore præfatis, itidem sub eadem pœna damnamus, et reprobanus; ac legi, aut retineri, aut distribui, et distrahi pariter interdiximus, et prohibemus.

§. 6. Noverint præterea Fideles omnes, idque eos sedulo admonemus, sibi vetitum esse, sub pœnis a jure latis, cum supramemoratis hominibus, utpote qui declarati sint excommunicati vitandi, ullam præsertim in spiritualibus, communionem habere, multoque magis eorundem acta schismatica tanquam legitima, ac rata probare, et huic deplorando schismati fomentum ullum præbere. Exierunt ex Nobis, sed non erant ex Nobis; nam si fuissent ex Nobis, permansissent utique Nobiscum.

§. 7. Faxit Deus, et Pater Domini Nostri Jesu Christi Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, ut hoc a Nobis aliquando removeatur amaritudinis offendiculum, et ea spina dolorem inferens e Nostro animo evellatur. Illum in humilitate cordis Nostri rogamus, et obsecramus, impensissima prece, ut qui ea, quæ diu in multa patientia sustinuit vasa iræ, eadem ipsa aliquando efficit vasa in honorem, cæcos homines miseratus, iis aperiat oculos, quo tandem videant, et ex animo fateantur, Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, et Magistram eam esse, quæ sola aperit, et nemo claudit, nemo aperit; qui Cathedram Petri, super quam Ecclesia fundata est, deserit, et resistit, illum, in Ecclesia se esse, male confidere: neve amore jactantiæ, quæ superbiæ semper est proxima, diutius in obstinatione permaneant, sed abjecto privato sensu errori semper obnoxio, Ecclesiæ judicio quæ est columna, et firmamentum veritatis, se dociles præbeant, Apostolicis mandatis sincero animo pareant, et in viscera S. Matris Catholicæ, et Apostolicæ Ecclesiæ, tota mentis intentione aliquando properent regredi.

§. 8. Ut autem ædem præsentis litteræ ad omnium notitiam facilius perveniant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, et decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, et Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curie Generalis in Monte Citatorio, et in acie campi Floræ de Urbe per aliquem ex cursoribus Nostri, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui:

Sic vero publicatas, omnes, et singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificata, et intimata fuissent: ipsarum autem litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xxx. Aprilis MDCCLXV. Pontificatus Nostri anno Septimo.

CDLXVI.

Dat. die 8 Maii
1765 Anno VII

Archiepiscopos, et Episcopos Lutetiæ ad Generalia Comitata congregatos hortatur ut de medendis Ecclesiæ Gallicanæ malis serio cogitent, Regiamque in primis opem implerent.

Pluries Gallicanum Clerum in Comitibus coadunatum hortatus est Pontifex, ad hoc ut Religionis causæ in Gallis prospiceret, qua de re videndæ sunt hujus Pontificis Epistolæ relatæ hac nostra Continuatione Tomo I. num. CXXVI. pag. 301., aliæque sub num. CXLVIII. pag. 335. pariterque Tom. II. sub num. CCLXXXIII pag. 247.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis Lutetiæ ad Generalia Comitata Congregatis

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres salutem, et Apostolicam benedictionem

§. I. Quanta auxilii vestri, sit et in vestra virtute fiducia, sollicitudinem usque adhuc sustinuit suam Gallicana Ecclesia, expectans dum solemnibus iste vester haberetur conventus, tanto nunc studio, cum ad Generalia Comitata convenistis, vestram Religionem, vestram pietatem, vestram denique requirit fidem, et flagitat. Et jure quidem nihil sibi non pollicetur a Sacris Pastoribus, qui singulari sapientia, judicio, sacrarumque rerum gerendarum usu et prudentia præditi, omnibusque Episcopis virtutibus instru-

In afflicto Religionis statu, maximum auxilium expectandum ab Pastoribus conjunctis studiis, et fide.

cti et ornati, tum ardentissimo erga Christum Dominum ejusque Sponsam Ecclesiam amore flagrantes, se, suasque fortunas omnes Jesu Christo et S. Ecclesiae parati sunt devovere. Cessasse vos adhuc aliquibus fortasse videbitur: sed magnam vobis tribuendam esse laudem existimabunt, qui illud cogitaverint, quod ait Salomon.

Apporluno sa-
lutaris consilii
ocasio videtur
ex Generalium
Comitiorum
convocatione
Religionis cau-
sa.

§. 2. Quæ vero potest esse opportunitas major, aut quodnam sibi tempus quisquam possit aptius fingere aut commisci, quam cum suæ quisque vestrum Provinciæ persona sustinentes, et quid in quacumque de istius Regni Ecclesia postulet auxilij probe conscii, in unum congregati, collatis studiis ea capere positis consilia, quæ Episcopale vestro munere rite obeundo, et ægrotantis Ecclesiae vestræ rebus sanandis, ac præsertim nefariæ adversus omnem Religionem nunc maxime flagranti impiorum hominum conjurationi restinguendæ, tum publicæ tranquillitati conservandæ, uno verbo præstandæ animarum æternæ saluti convenire maxime et conducere videbantur. Hanc igitur rei bene gerendæ præclaram occasionem jamdiu a Vobis ut opinamur, expectatam, teneatis oportet, V. V. Fratres. Quo in loco res vestræ sint ex pluribus Coepiscoporum literis jamdiu cognovimus, et de omni statu, in quo vestra est Ecclesia, qui sint animi Nostri sensus, iisdem Coepiscopis respondendo, satis aperte declaravimus. Quid vero vobis opus factu sit, vos, qui estis in re præsentis melius nosse, quam quisquam alius, oportet; nec quidquam ad Fratritates vestras scribere habemus, quo eorum, quæ isthic gesta sunt majore vos notitia possimus instrnere, vel aptiora, et utiliora Ecclesiae vestræ dare consilia, quam quæ potestis ex ipsa prudentia vestra depromere.

Pontifex ne
suo muneri de-
esse videatur
Episcopis sic
convocatis, Re-
ligionis cau-
sam in Gallias
per has literas
comendat.

§. 3. Cæterum Apostolico Nostro officio deesse Nobis ipsi videremur, si laborantes Fratres Nostros taciti, et velut omisso animo tantummodo spectaremus, nec saltem his literis, quæ de vobis rebusque vestris Nostra sit cura et sollicitudo, argumentum aliquod præberemus. Nos quidem, in terea dum communiter agitis, et ad Ecclesiae incolumitatem vestra consilia confertis, preces Nostras Deo prosterimus, ut gressus dirigat vestros, atque ita cum magnanimitate et fortitudine in animis vestris componat humilitatem, ut, quod ait B. Prædecessor Noster Gregorius Magnus *nec in vobis*

humilitas timida, nec erectio sit superba Retinenda quidem sacris Pastoribus excelsitas animi, ea tamen *quæ non arrogantes faciat, quod idem B. Gregorius monet; et sic servanda est humilitas, ut non solvantur iura regiminis*. Ubi enim agatur de Ecclesiae gubernandæ sublimi ac divina potestate fortis ad eam tuendam Episcopis præstandus est animus = *nec unquam cedendum est, neque enim adversarius ideo major est Christo; (B. Cypriani Martyris Nos verbis uti satis animadvertitis): quia tantum sibi venedicat et assumit in sæculo; sed stabilis atque inconcussa Episcopalis virtus contra omnes incursus oblatantium fluctuum, velut petrae objacentes, fortitudine et mole debet obsistere*. In omnibus vero quæcumque acciderint, illud omnium Nostrum animis esto defixum: *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe; quoniam in igne probatur aurum et argentum*.

§. 4. Sed bono Vos esse animo oportet: sacrarum enim rerum Ecclesiaeque præsertim habetis tutelam Carissimum in Christo Filium Nostrum Christianissimum Regem. Non ille ut est Optimus Princeps et Catholicæ Religionis tenacissimus, ac propterea in S. Ecclesiam ejusque sacratissimas res præclare animatus, preces vestras et obsecrationes aspernabitur, vestrarumque querelarum causis amotis, SS. Matri suæ, cujus se gloriatur esse primogenitum filium, omnem eximet sollicitudinem, et Regia, qua pollet auctoritate et potestate, in suum locum, unde dejecta videtur esse, restitutam Ecclesiam ad pristinam revocabit hilaritatem. Sed in illud diligenter incumbite, Venerabiles Fratres, ne Religiosum Principem quidquam celetur eorum, quæ usque adhuc Ecclesia pertulit, quæque illi si tantummodo esponantur, non dubitamus, quin illico sit daturus indicia, minime placere sibi, Carissimam Matrem suam, superiorum temporum, quam olim florebat, felicitatem desiderare.

§. 5. De duobus Episcopis Alesiensis, et Andegaviensi lenitatem Nostram, qua Fratres illos, ad rectam cæterorum Collegarum suorum semitam retrahere studuimus, vobis probatam existimamus; nec idcirco usque adhuc voluimus ultra progredi, quod vestra sapientia, vestroque zelo confisi speramus, eos divino primum lumine collustratos, tum vestris salutaribus monitis,

Maxima Episcopis fiducia habenda est in Christianissimi Regis religione, et pietate.

Ut Episcopos Alesiensium, et Andegaviensium ad rectam viam revocent hortetur Pontifex.

adjutrice Dei gratia, permotos in Nostræ vestræque charitatis sinum aliquando redituros. Hanc vobis laudem præreptam nolumus, vobisque etiam censuimus integram reliquendam, si de illis Fratribus vestra opera, sapientia, et consilio ad veram viam reductis, lætabundi omnes Deo, misericordiarum patri, gratias agere debeamus. Denique confortamini et estote robusti in Domino. Quod ad Nos attinet omnibus officijs, et quanta maxima possumus ope, et Apostolicæ auctoritatis Nostræ auxilio pios egregiæ virtutis vestræ coactus non cessabimus adjuvare. Et Fraternitatis vestris, quas in sinu gerimus charitatis, intimo Nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die viii. Maii MDCCLXV. Pontificatus Nostri anno septimo.

CDLXVII.

Causas Coloniensi Archiepiscopo patefacit cur postulatis ejus de conferendis Beneficijs vacantibus, in Diœcesi Osnabrugensi, mensibus Sanctæ Sedi reservatis, obsecundare nequiverit.

Venerabili Fratri Maximiliano Friderico
Archiepiscopo Coloniensi
S. R. J. Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Pietatem tuam, et in hanc Sacram B. Petri Sedem religiosum obsequium, devotionemque præcipuam in eo recognovimus, quod Catechismi Romani commendatis, quam Encyclica Nostra novissimæ Romanæ editioni prefixa renovavimus, tantum ponderis apud Fraternitatem tuam habuerit, ut perquam elegantibus typis eundem Catechismum denuo excudendum curaveris, ideoque isthic apud vos vulgationem feceris, et parabiliorem. De indulto, quod a Nobis postulas conferendi beneficia in Osnabrugensi Diœcesi, mensibus huic S. Sedi reservatis in posterum vacatura, parcere æquo animo Ven. Frater, si in hac re morem gerere tibi non possumus. Quanti te tuaque merita faciamus non obscura de-

disse putamus argumenta, cum indultum quod nunc postulas in Osnabrugensi, idem in duabus Diœcesibus Coloniensi, et Monasteriensi tibi concessimus. Quam multi huc confugiant ad Apostolicam Sedem merito suo digni, quorum rationibus consulamus, non ignorat profecto Fraternitas tua. Contra quantis premamur angustiis quotidie, non sine magna molestia experimur, cum ex omnibus qui Apostolicam opem Nostram implorant, vix centesimum quemque voti sui compotem dimittamus. Si qui te adeunt, quos commendat morum integritas et doctrinæ præstantia, vel saltem præclara spes ex eorum ingenio concepta, iis ut prospicias per multa ex duabus amplissimis Diœcesibus tibi suppetunt Beneficia. Nobis itidem æquum est non deesse facultatem eos adjuvandi, qui ex Diœcesi Osnabrugensi studio suo in hanc S. Sedem, sese dignos præbeant Apostolica Nostra beneficentia. Præterea exemplum esset plane inusitatum ac novum, si cui Apostolica Sedes Episcopo indulgeret, ut in tribus Diœcesibus Beneficia omnia conferret; cui nisi alii complures exemplo, idem, quod ipsa nunc Fraternitas tua postulat a Nobis instantissime flagitarent. Cæterum persuasum tibi esse volumus Ven. Frater Nos gratificandi tibi esse percupidos, et si quos Nobis commendaveris cum aliquod in Diœcesi Osnabrugensi vacaverit beneficium, eorum rationem habebimus, tum ut tibi palam fiat qui sit animus erga te Noster, tum ut conjunctio voluntatibus, uterque Nostrum ad largienda dignis hominibus præmia conspiremus. Et eximie erga te benevolentie pignus præcipuo Nostri cordis affectu, Fraternitati tuæ Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvii. Maii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.



Dat. die 17.
Maii 1765.
Anno VII.

Dat. die 21.
Maii 1765. An-
no VII.

CDLVIII.

Se nondum assensum præbere posse suppressioni Monasterii Monachorum S. Vincentii, nisi audita prius Congregatione Consistoriali, Pontifex nunciat Episcopo Metensi, cui de infelici Gallicanæ Ecclesiæ statu conquirenti consolationem, præbet.

Venerabili Fratri Ludovico Josepho
Episcopo Metensi

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

Literas tuas accepimus, quibus de Metensi Monasterii S. Vincentii re-
ditibus ad Collegium Canonissarum Sancti Ludovici adjungendis copiose disseris. Quæ in re nondum constitutum quid facturi simus, habemus. Nam Monachi S. Vincentii Monasterium suum minime extinguendum esse contendunt et hanc sibi adeundam esse existimant Apostolicam Sedem, apud quam tueri causam volunt. Reijciendi non fuerunt homines, quorum ea res maxime interest, ac propterea id omne quidquid est, Congregationi Consistorialibus rebus præpositæ, dijudicandum mandavimus.

§. 2. Quod postremâ literarum tuarum parte miserandum Religionis statum in Gallia vehementer doles, flagrantissimum in Religionem amorem zelumque tuum; Nobis, et omni Gallicanæ Ecclesiæ satis cognitum, in hac querimonia tua recognovimus. Diu est cum boni omnes de honore Dei et gloria, æternæque salute animarum solliciti tantam isthæ sacrarum rerum vastitatem metuebant; postquam enim Ecclesia, illam apud vos propemodum amisit potestatem, quam a Christo Domino accepit, ut jam religionem tueri vix possit, quod aliud est expectandum, quam ut isthæ omnis religio funditus pereat? Coercendi fuerant impii, qui flagitiosis, execrandisque scriptis regnum istud compleverunt, et in homines omnis religionis expertes, diviniæque Majestatis ososere severe animadvertendum; quorum tamen interea licentiam et impunitatem aliorum lenitas, qui non nisi tacendo conservandam esse arbitrantur publicam pacem; atqui hoc silentio, quantum non Ecclesia modo, sed ipsa Respublica de-

trimentum capiat, et in dies acceptura sit gravius, nemo non videt. Clericos Regulares Societatis Jesu e Diocesi tua, ut ex omni Regno pulsos vehementer doles, et qui in Lotharingia ad tuam pertinent Diocesim conquireris diu superesse non posse. Retineri profecto nunc maxime oportebat strenuos Christianæ Religionis, et Catholicæ Fidei propugnatores; qui præterea studiosis literarum adolescentibus, impietatis pestem defenderent, juveniles animos religionis sensibus docendo perfunderent, ac suæ virtutis odore et exemplo ad studium pietatis excitarent. Sed Deo aliter visum. Illam (neque enim quidquid aliud Nobis est reliquum) in humilitate cordis Nostri enixe rogemus, ut Ecclesiam suam nunc temporis gravissime laborantem præsentissima opera sua quam celerrime adjuvet. Et Fraternitati tuæ, quam in Nosræ charitatis gerimus sinu, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima prima Maii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto, Pontificatus Nostri anno Septimo.

CDLXIX.

Dat. die 29.
Maii 1765. An-
no VII.

Gratulatur cum Sarlatensi Episcopo quod grate acceperit Constitutionem Apostolicam confirmatoriam Institutum Societatis Jesu, quodque Pastoralem Instructionem pro sua Diocesi ea de re typis mandari curaverit.

Venerabili Fratri Henrico Jacobo
Episcopo Sarlatensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater
salutem, et Apostolicam benedictionem

Binas a Fraternitate tua Epistolas, accepimus, alteram gratulabundam quod Constitutione Nostra Societatis Jesu Institutum confirmavimus, quod quidem officium tuum perquam Nobis fuit gratum ac perincundum; alteram cum pastorali instructione tua, quam hoc tempore periculorum pleno typis excensam te edidisse, documento est, Ecclesiæ res ut par est fortunis tuis tibi esse potiores. Profecto dubitare non possumus, Fraternitatem tuam Deo ejusque

Causam indigitat eam suspendendum sit Pontificium judicium quoad suppressionem Monasterii Monachorum S. Vincentii

De Ecclesiæ Gallicanæ malis agit, ejus causam repetit ab non repræsentata perniciosorum librorum evulgatione.

Filio Jesu Christo se caputque suum devovisse. Deum Veni. Frater in humilitate cordis Nostri precemur, ut his tenebris cæcisque procellis, quibus nunc ut cum maxime jactatur Ecclesia, divinæ aliquid lucis Nobis ostendat, verique Nobis vobisque addat, et animos, quo eandem Ecclesiam, e tot tantisque periculis aliquando possimus eripere. Et Fraternitati tuæ, quam in vinculo charitatis gerimus, intimo animi affectu, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die vigesima nona Maii MDCCLXV Pontificatus Nostri Anno septimo.

CDLXX.

Dat. die 8.
Junii 1765 An-
no VII.

Mexicano Archiepiscopo, vel eo defuncto Vicario Capitulari, facultates speciales impertitur pro proxime convocando Capitulo Generali Ordinis Fratrum Bethlehemitarum.

Omnimodam observantiam Constitutionum hujus Ordinis, opportunasque conditas declarationes continet hujus Pontificis Constit. Anni 1763 Julii 7 relata in hujus Continuat. Tom. II. num. CCCLII. pag. 367. Constitutionem ipsam confirmavit, atque gesta in illius contemptum proscripsit Pontifex idem Constit. alia anni 1764 Augusti 27 relata hoc Tomo III. Num. CDXXXII. pag. 13.

Venerabili Fratri Emmanueli
Archiepiscopo Mexicano,
seu Vicario Capitulari,
Metropolitana Ecclesia vacante,
quod Deus avertat, legitime deputato

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater, salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Franciscus a Resurrectione, et Nicolaus a Sancto Francisco de Paula Fratres expresse professi Ordinis Fratrum Bethlehemitarum nuncupatorum, ejusdemque Ordinis, ut ipsi asserunt, Procuratores Generales ad hanc Apostolicam Sedem deputati, nunc autem in Hispaniis commorantes, quod superiori anno emanarunt a Nobis li-

Bull. Rom. Tom. III.

teræ in simili forma Brevis, quibus Fraternitati tuæ, seu Vicario Capitulari, Metropolitana Ecclesia vacante, quod Deus avertat, legitime deputato, ut Capitulum Generale dicti Ordinis proxime habendum in Civitate Mexicana convocare, eique auctoritate Nostra præsidere, atque in eo pro tua pietate, prudentia, et zelo consulere iis omnibus, quæ non solum respiciunt exactam in posterum observantiam Constitutionum dicti Ordinis, sed etiam æconomicam administrationem reddituum, elemosynarum, ac redditionem rationis juxta in dictis Constitutionibus præscripta, cæteraque omnia, ex quibus earundem Constitutionum observantiam in pristinum restitui decus, ac quietem dicto Ordini reddi posse expediens esse judicabitur, curare, ac providere, et insuper ante convocationem ejusdem Capituli cognoscere, examinare, pronuciare, ac definire de jure, ac legitima qualitate, et potestate Superiorum aliorumque obtinentium ea dicti Ordinis munera, quibuscum in Capitulo Generali jus suffragii conjunctum esse solet ac insuper supplere, et sanare omnes, et quosquamque defectus juris, aut facti, si qui desuper intervenerint, quoad eos, qui hujusmodi jure dignos in servandis Constitutionibus Ordinis, cæterisque Christianis virtutibus exercendis se probaverint, atque exhibuerint, e diverso contumaces, atque inobedientes aliosque indignos repellere, ac removere, aliosque in eorum locum, ac munera substituere possis, et valeas, auctoritate Nostra Apostolica de plenitudine potestatis concessimus, et elargiti sumus, prout latius in dictis Nostris literis die xxviii Augusti expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, noscitur contineri.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio continebat, summopere utile, imo etiam necessarium foret, si eidem Capitulo proxime celebrando interessent dilecti filii Joannes Angelus a Sancto Ignatio, Sebastianus a Matre Dei, Joachimus a Sancto Josepho, Joannes a Jesu, et Ascentius a Doloribus, qui pro reparanda Regulari disciplina, extirpandisque abusibus et corruptellis, phires labores ac molestias pertulerunt, et se tamquam murum pro Domino Israel opposuerunt, et ideo de omnibus, quæ ad statum, et regimen prædicti Ordini spectant probe instructi, ac periti ad omnia recte constituenda, et bene in futurum disponenda plurimum ope-

Exponitur
quanta cum
Ordinis utilita-
te Capitulum
idem celebra-
retur, si in eo
nonnulli desi-
gnati Religiosi
interesse pos-
sent.

ra, et consilio suo juvari possent; propterea Nos humiliter supplicari fecerunt ut in præmissis providere, et ut infra de benignitate Apostolica indulgere dignemur.

Pontifex Mexicano Ordinario facultatem facit admittendi ad futuram Capitulum Generale quos utiliores in eo fore prospexit.

§. 3. Nos igitur, qui prospero, ac felici prædicti Ordinis gubernio, ejusque decori, atque utilitati, et in pristinum statum restitutioni, quantum in Domino possumus, magis magisque consulere, ac prospicere in paternæ charitatis visceribus maxime desideramus, prædictos Joannem Angelum a Sancto Ignatio, Sebastianum a Matre Dei, Joachimum a Sancto Josepho, Joannem a Jesu, et Ascentium a Doloribus specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, arbitrio Fraternalitatis tuæ, seu Vicarii Capitularis, quod Deus avertat, Sede Metropolitana vacante, legitime deputati, dummodo superius exposita veritati nitantur, quod prius per te diligenter indagari, et constare volumus, ut eisdem Joanni Angelo, Sebastiano, Joachimo, Joanni, et Ascentio jus suffragii, vel voti, intra, aut etiam extra Suffragantium, aut Vocalium a Constitutionibus Ordinis prædicti præfinitum numerum, in proximo futuro Generali Capitulo, si, cum ad te hujusmodi Nostræ pervenerint, ipsis vel eorum aliquis, eandem suffragii seu voti prærogativam per alicujus muneris assequutionem, vel alio aliquo legitimo modo adepti non sint, arbitrio, et prudentia tua, vel prædicti Vicarii, prout in Domino magis expedire existimabis, concedas, et largiaris, auctoritate Apostolica committimus, et demandamus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis præfati etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias

in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die viii Junii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDLXXI

Dat. die 8. Julii 1765. Anno VII.

Confirmatio, et approbatio erectionis Monasterii Monialium Ordinis Visitationis Beatæ Mariæ Virginis sub regula, et instituto S. Francisci Salesii in Civitate Genuæ.

Clemens Episcopus
Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Sanctimoniales Virgines, tamquam lilia, in horto concluso plantatas, odorem suavitatis Christo Domino, qui pascitur inter lilia, juxta laudabilia Instituta, quæ noviter susceperunt, reddere satagentes, Nostri muneris, est in earum pio proposito confovere, et sacras ædes a Christifidelium pietate, munifice largitis opibus constructas, et in regularia cœnobia, delegata Sedis Apostolicæ auctoritate erectas, pro firmiori erectionis hujusmodi validitate, Apostolico munimine roborare, ut exinde illa proveniant eximia charitatis opera, per quæ incessanter divina collaudetur majestas, et æternæ salutis promereatur securitas.

Proemium.

§. 2. Sane pro parte dilectarum in Christo filiarum modernarum Priorissæ, et Monialium Monasterii Ordinis Visitationis Beatæ Mariæ Virginis sub regula Sancti Francisci Salesii nuncupati Civitatis Januensis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias antiquissima, et satis ampla Universitas artium Merciariorum, et Corregiariorum præfate Civitatis, Ecclesiam sub titulo Sanctorum Bernardini, et Alexii una cum eidem Ecclesiæ conjuncta domo optime absoluta pro educandis inibi in Dei timore filiabus artium hujusmodi professorum propriis sumptibus ædificavit, in qua quidem domo viginti ex dictis filiabus una cum tribus personis illis inservientibus propriis ejusdem Universitatis expensis manuteneri consuevit.

Recensetur origo hujus novi Monasterii.

§. 5. De anno vero Domini mille-

Supplices preces pro veteri

conservatorio
in Monaste-
rium erigendo,
et approbatio
Sacra Congre-
gationis Epi-
scoporum, et
Regularium.

simo septingentesimo quinquagesimo octavo, tunc existentes Deputati ipsius Universitatis, domum præfatam ad usum Conservatorii successive redactam, et sufficientibus redditibus ditatam, in formale Monasterium dicti Ordinis cum clausura, sub eisdem tamen regula, et Instituto præfati Sancti Francisci Salesii pro filiabus eorumdem Professorum, et mulieribus ex Professorum hujusmodi viduis dumtaxat erigi facere desiderantes, supplices ad hujusmodi effectum Nobis porrexerunt preces, quibus precibus a Nobis ad Congregationem tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ remissis, Congregatio ipsa, post maturum desuper habitum examen, per ejus Rescriptum sub die decima quinta mensis Septembris præfati anni emanatum, et a Nobis sub die vigesima ejusdem mensis, et anni approbatum commisit Venerabili Fratri Nostro moderno Archiepiscopo Januensi, ut ipse Archiepiscopus, veris existentibus narratis, et postquam sibi constitisset, fabricam dicti Conservatorii cum Ecclesia, Campanile, Choro, Sacristia, Refectorio, Dormitorio, locis separatis tum pro Novitiis, tum pro educandis, Hortis, et Spatiis, numeris omnibus esse absolutum, et suppellectili tam sacra, quam profana sufficienter instructam, nec non eidem Conservatorio in Monasterium, ut infra, erigendo, annum redditum pro congrua sustentatione viginti Monialium, et ipsius Monasterii, postquam illud etiam, ut infra, erectam fuisset, mantentione, sufficientem vere, et cum effectu fuisse assignatum, ad petitam erectionem enunciati Conservatorii in Monasterium formale sub regula, et Instituto ejusdem Sancti Francisci Salesii, et clausuræ declarationem pro suo arbitrio, et conscientia deveniret.

Archiepiscopus
Genuensius
Monasterium
erexit, reddi-
tus illius, et Re-
ligiosarum
numerum præ-
stinavit, nec non
privilegia con-
cessit.

§. 4. Qui Archiepiscopus facultatibus per ipsum Rescriptum, ac etiam per peculiarem præfatæ Congregationis Epistolam sibi tributis utendo, verificatisque prius omnibus, et singulis in eodem Rescripto sibi verificari injunctis, dictum Conservatorium in verum, et formale Monasterium cum clausura, sub regula, Instituto, et Ordine præfatis, Apostolica sibi delegata auctoritate, perpetuo erexit, et instituit. Eidemque Monasterio, sic, ut præfertur, erecto, et Instituto, ac præfatis modernis Priorissæ, et Monialibus, ut idem Monasterium, ac ipsæ modernæ, et pro

Bull. Rom. Tom. III.

tempore existentes dicti Monasterii Priorissa, et Moniales, nec non personæ in eo pro tempore degentes, omnibus, et singulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, indulgentiis, favoribus, aliisque gratiis universis, tam Spiritualibus, quam Temporalibus, aliis Monasteriis dicti Ordinis, eorumque Priorissis, ac Monialibus, aliisque personis in eis, ut præfertur, commorantibus, et Christifidelibus illarum Ecclesias visitantibus quomodolibet concessis, dummodo tamen illa essent in usu, nec hactenus revocata, aut sub aliqua revocatione compræhensa, et Sacris Canonibus, ac præcipue Concilii Tridentini decretis, regularibusque dicti Ordinis Institutis non adversarentur, et in posterum concedendis, et quibus illa, vel de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possent quomodolibet in futurum, similiter uti, frui, potiri, et gaudere, libere, et licite valerent, ac si eisdem modernis, et pro tempore existentibus Priorissæ, et Monialibus dicti Monasterii, sic, ut præfertur, erecti, et Instituti expresse concessa fuissent, plenam, liberam, et omnimodam facultatem eadem Apostolica sibi delegata auctoritate concessit, et impartitus fuit, prout in uno sub die vigesima sexta Mensis Junii anni ejusdem Domini millesimi, septingentesimi, quinquagesimi noni, nec non pro felici gubernio, et prospera directione dicti Monasterii, sic ut præfertur, erecti, et Instituti, ubi ad præsens sexdecim Moniales professæ Capituli Vocales nuncupatæ, ac duæ Puellæ in statu probationis, et quatuor Sorores inservientes, quas dictus Franciscus Sorores domesticas appellari voluit, reperiuntur, et in quo, benediciente Domino, plures Puellæ præfatum Institutum profiteri exoptant, Priorissam, aliasque Officiales ad triennium elegit, prout in altero sub die vigesima octava mensis Decembris, præfati anni Domini millesimi septingentesimi quinquagesimi noni ab eodem Archiepiscopo respective emanatis decretis plenius contineri dicitur.

§. 5. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, ea, quæ Sedis Apostolicæ munimine roborantur, firmiter subsistant, et ab omnibus, exactius observari soleant; proptereaque præfatæ modernæ Priorissa, et Moniales, ne adversus erectionem, institutionem,

Preces Pontifici correctæ, ut gesta huc hujusque Apostolica auctoritate confirmare vellet.

concessionem, facultatis impartitionem, electionem, nec non unum, et alterum ab eodem Archiepiscopo desuper, ut præfertur, emanata decreta hujusmodi quidquid unquam sub quovis prætextu, colore, vel ingenio, aut ex quavis causa, vel occasione a quibuslibet personis cujuscumque gradus, conditionis, et auctoritatis illæ existant, opponi, seu illa impugnari, aut eis contradici queat, plurimum cupiant erectionem, institutionem, concessionem, facultatis impartitionem, electionem, nec non unum, et alterum desuper, ut præfertur, emanata decreta hujusmodi pro validiori omnium, et sigulorum præmissorum firmitate, subsistentia, et stabilitate, ac inviolabili observantia per Nos, et Sedem Apostolicam perpetuo, ut infra, approbati, et confirmari; quare pro parte dictarum modernarum Priorissæ, et Monialium Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 6. Nos igitur, qui desideria iusta petentium ad exauditionis gratiam libenter admittimus, easdem modernas Priorissam, et Moniales specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, easque, et earum quamlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris, et pœnis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, ac unius, et alterius decretorum præfatorum respective tenore, spræsentibus pro expressis habeantur, hujusmodi supplicationibus inclinati, erectionem, institutionem, et electionem præfatas, ac unum, et alterum desuper, ut præfertur, ab eodem Archiepiscopo Apostolica sibi delegata auctoritate præfata emanata decreta hujusmodi, cum omnibus, et singulis in ipsis decretis contentis, et expressis, privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, indulgentiis, favoribus, et gratiis universalis, tam spiritualibus, quam temporalibus, eidem Monasterio sic, ut præfertur, erecto, et instituto, ac præfatis modernis, et pro tempore existentibus dicti Monasterii sic, ut præfertur, erecti, et instituti, Priorissæ, et Monialibus, aliisque personis in eo, ut præfertur, pro tempore degentibus, ac Christifidelibus præfatam Ecclesiam dicti Monasterii sic, ut præfertur, erecti, et instituti pro tempore visitantibus ab eodem Archiepiscopo,

dicta Apostolica sibi delegata auctoritate, ut præfertur, concessis, et impartitis, eisdem modo, et forma, quibus illa concessa, et impartita sunt, dummodo tamen illa sint in usu, et nullatenus in aliquo revocata, nec sub aliqua revocatione compræhensa, ac eisdem Sacris Canonibus, præfatisque Concilii Tridentini hujusmodi decretis, regularibusque dicti Ordinis Institutis minime adversentur, cum omnibus inde legitime sequentibus quibuscumque, Apostolica auctoritate præfata, tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ inviolabilis, et irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjicimus; omnesque, et singulos, tam juris, quam facti, et solemnitatum, aliosque, quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel censi possit, in eisdem, quatenus opus sit, supplemus.

§. 7. Et ad hoc in dicto Monasterio sic, ut præfertur, erecto, et instituto susceptum dicti Sancti Francisci Salesii Institutum semper in suo robore permaneat, idemque Institutum in eodem Monasterio sic, ut præfertur, erecto, et instituto numquam immutari, relaxari, aut deformari, vel alterari possit, quod idem Monasterium sic, ut præfertur erectum, et institutum, vere præfati Ordinis Visitationis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis existit, et uti tale ab omnibus habeatur, et reputetur; ideoque in eo a præfatis modernis et pro tempore existentibus Priorissa, et Monialibus ejusdem Monasterii sic, ut præfertur, erecti, et instituti, aliisque personis inibi pro tempore degentibus Constitutiones, et Regulæ a præfato Sancto Francisco Salesio præscriptæ, semper, et omni tempore inviolabiliter observari, et adimpleri debeant, nec præfatæ modernæ, et pro tempore existentes dicti Monasterii sic, ut præfertur, erecti, et instituti Priorissa, et Moniales, aliisque personæ inibi pro tempore degentes ab illarum omnimoda observantia, et totali adimplemento nullo unquam tempore resilire, aut recedere valeant, dicta Apostolica auctoritate etiam perpetuo statuimus, et declaramus.

§. 8. Præsentibus quoque semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, ac nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notari,

Insuperque mandat ut Institutum, et Constitutiones Ordinis in hoc Monasterio perpetuo observentur.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

Pontifex erectionem supra dicti Monasterii, et omnia gesta approbavit, et confirmavit.

impugnari, invalidari, retractari, aut in jus, vel controversiam vocari, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per Nos, et Sedem Apostolicam præfatam, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam Motu proprio, et ex certa scientia pro tempore factis, et faciendis comprehendendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per modernas, et pro tempore existentes Priorissam, et Moniales dicti Monasterii sic, ut præfertur, erecti, et instituti quandocumque eligenda, concessas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; siquæ, et non alias per quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-legatos, dictæque Sedis Nuncios, et quosvis alios quavis auctoritate fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, judicari, et definiri debere; et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane etiam decernimus.

§. 9. Non obstantibus Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de Gratiis, et Indulgentiis non concedendis ad instar, ac recolendæ memoriæ Clementis Papæ Octavi prædecessoris Nostri super modo, et forma communicandi Indulgentias per Monasteria, Congregationes, et Confraternitates de anno pariter Domini millesimo sexcentesimo quarto, seu alio veriori tempore edita Constitutione, quæ incipit Quæcumque a Sede Apostolica etc., aliisque quibusvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, et Universalibus Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis quibuslibet Superioribus, et personis in genere vel in specie in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan con-

cessis, confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenoris hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita, observata, et inserti forent, iisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ad præmissorum omnium validissimum effectum, hac vice dumtaxat, harum quoque serie specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis, defectuum supplementationis, declarationis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverint incursum. Datum Romæ apud S. Majorem anno Incarnationis Domini millesimo septingentesimo sexagesimo quinto, octavo Idus Julii Pontificatus Nostri Anno septimo.



Relatis singulis Pontificiis Constitutionibus hujus Anni Septimi Ecclesiasticam materiam spectantibus, gradum facimus ad eas, quo hoc eodem Anno temporalem respiciunt Pontificiam auctoritatem.

Dat. die 11.
Augusti 1764.
Anno VII.

CDLXXII.

Prævia confirmatione, et respectiva moderatione Literarum Gregorii XIII. diei 21. Martii 1581. nonnulla de novo statuit quoad electionem Notariorum Curiae nuncupatae *Turroni* in Civitate Bononiae a Præsilibus Montis Pietatis illius Civitatis faciendam.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Exponitur antiqua methodus a Gregorio XIII. statuta pro horum Notariorum electione.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Præsidentes Montis Pietatis dudum instituti in Nostra Civitate Bononiae, quod præter alia a Summis Pontificibus prædecessoribus Nostris disposita, quoad electionem præcipue Notariorum Curiae *Turroni* ejusdem Civitatis, fel. rec. Gregorius PP. XIII. in suis literis in simili forma Brevis desuper expeditis die xxii. Martii anni MDLXXXI. inter cætera mandavit, ut Præsidentes, seu Officiales prædicti Montis Pietatis pro tempore existentes, eligerent octo Notarios ab ipsius Civitatis Governatore pro tempore approbandos, aliumque, qui caput Notariorum dicitur, dictorumque Notariorum officium ad biennium tantum, et cum prorogatione ad summum alterius biennii, illius vero, qui caput Notariorum dicitur, pro eo temporis spatio, quod prædictæ Curiae *Turroni*, causisque ibidem gerendis expedire videbitur, arbitrio dictorum Præsidentium duraret, ea tamen adjecta lege, ut denno eligi nequiret in Notarium is, qui semel officium hujusmodi exercuisset, nisi elapso postmodum decennio, et constituto nullam ipsum cum Civibus, et personis dictæ Civitatis necessitudinem, dependentiam, aut quodvis aliud interesse habere, hæcque omnia sub excommunicationis sententia per quemlibet contravenientem eo ipso incurrendæ inviolabiliter observari præscripsit, et alias prout in præfatis literis, quarum tenor est, ut sequitur videlicet =

Tenor literarum Gregorii XIII.

Gregorius XIII. = Ad perpetuam rei memoriam = Superna providentia, quæ cunctos Fideles statuit in rectitudine gubernandos, Supremam Pontificalem ad hoc Nobis, meritis, licet imparibus, contulit dignitatem, ut præ cæteris provisionis Nostræ ministerio quorumlibet Tribunalium, præsertim in Civitatibus, Terris, et Locis Sedi Apostolicæ immediate subjectis ad ju-

stitiæ cultum institutorum officia salubriter dirigantur, et sublatis abusibus, qui ex nimia præteritorum temporum licentia, et seu Notariorum, et Scribarum malitia, ac impunitate invaluerunt, reformationem suscipiant atque ad debitam normam redacantur. Alias siquidem, cum Nos Reformationi Curiae *Turroni* Civitatis Nostræ Bononiæ solerti studio, et vigilantia intenderemus, animadvertemusque ibidem multos abusus irrepisse, ut non modica emendatione, et correctione opus esset, dilectis Filiis Presidentibus Montis Pietatis in dicta Civitate dudum instituti, inter alia significari fecimus Nostræ mentis, et intentionis esse, ut ea reddituum Curiae *Turroni* hujusmodi pars quæ ad ipsum Montem legitimo emptionis titulo pertinere dignoscitur, eidem Monti absque ulla diminutione integra, atque illæsa præservaretur, et præstaretur. Quodque omnes Notarii ejusdem Curiae *Turroni*, ac ille, qui caput Notariorum dicitur, mutarentur, ac illorum loco octo dumtaxat alii Notarii forenses quidem, et legales, rerumque ad officium Notariatus spectantium, præsertim criminalium periti, qui per pro tempore existentes Præsidentes, seu Officiales dicti Montis eligi, et ab ipsius Civitatis Governatore pro tempore existente approbari, officiumque Notariatus hujusmodi per seipsos, non autem per Substitutum, vel Substitutos, fideliter, servata inter eos æqualitate, et paritate exercere deberent, quorumque octo Notariorum officium ad biennium cum prorogatione ad summum alterius biennii tantum, illius vero, qui caput Notariorum dicitur, pro eo temporis spatio, prout Curiae præfatae *Turroni*, negociisque et causis ibidem gerendis expedire videbitur, arbitrio ipsorum Præsidentium duraret, assignato eis competentis salario, ex quo se commode sustentare possent, institueretur, et quod illi, qui semel præteritis forsitan temporibus, aut alias quando-cumque aliquod ex officiis Notariatus Curiae *Turroni* hujusmodi exercuissent, si compertum foret eos in rebus gerendis diligentiam, fidem, integritatem, et legalitatem adhibuisse, et bonæ famæ odorem de se reliquisse, nec ullam cum Civibus, et personis dictæ Civitatis necessitudinem, dependentiam, aut quodvis aliud interesse habere, eo casu non

» alias post lapsum decem annorum a
 » die dimissionis sui cujusque officii
 » Notariatus hujusmodi computando-
 » rum, et non antea in Notarios ejus-
 » dem *Turroni* iterum eligi possent. Cum
 » autem sicut accepimus, præfati Præ-
 » sidentes, menti, et intentioni Nostris
 » prædictis inhærentes, ad electionem,
 » et deputationem Notariorum hujus-
 » modi, et illius, qui caput Notario-
 » rum nuncupatur, processerint, alia-
 » que circa præmissa, et in illorum
 » executionem statuerint, et ordina-
 » verint, Nos, ne de mente, et inten-
 » tione Nostris prædictis, ac inde se-
 » quentis quibuscumque, ullo umquam
 » tempore dubitari, et præmissa sic per
 » Nos publicæ utilitatis procurandæ,
 » et justitiæ conservandæ zelo, exqui-
 » sita negligi contingant, providere vo-
 » lentes, electionumque, et deputatio-
 » num hujusmodi, ac inde sequutorum
 » quorumcumque tenoribus præsentibus
 » pro expressis habentes, Motu proprio
 » non dictorum Præsidentium, vel alio-
 » rum pro eis Nobis super hoc oblatæ
 » petitionis instantiam, sed ex mera de-
 » liberatione, et certa scientia Nostra,
 » ac de Apostolicæ potestatis plenitudi-
 » ne, omnia, et singula superius expres-
 » sa, ac electiones, deputationesque hu-
 » jusmodi, Apostolica auctoritate, teno-
 » re præsentium approbamus, et con-
 » firmamus, ac illis perpetuæ, et in-
 » violabilis firmitatis robur adjicimus,
 » omnesque, et singulos tam juris,
 » quam facti defectus, si qui interve-
 » rint in eisdem supplemus, illaque va-
 » lida, et efficacia fore, et esse, ac
 » suos plenarios, et integros effectus
 » sortiri, atque ab omnibus ad quos
 » spectat, et spectabit quomodolibet
 » in futurum inviolabiliter observari,
 » ipsasque ad id quibusvis sententiis,
 » censuris, et pœnis alisque juris et facti
 » remediis cogi, et compelli, neque
 » ab eis quovis prætextu resilire posse,
 » sicque menti, et intentionis Nostræ
 » fuisse, et esse, ac ita per quoscum-
 » que Judices Ordinarios, vel Delega-
 » tos, et Curie *Turroni* hujusmodi, cau-
 » sarum Palatii Apostolici Auditores,
 » nec non ipsius Civitatis Governatores,
 » ac Santæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
 » les, etiam de Latere Legatos, sub-
 » blata eis, et eorum cuilibet quavis
 » aliter judicandi, et interpendandi fa-
 » cultate, et auctoritate, judicari, e de-
 » finiri debere, nec non si secus super
 » his a quoquam, quavis auctoritate,
 » scienter, vel ignoranter contigerit at-
 » tentari, irritum, et inane decerni-

» mus, et declaramus. Et nihilominus
 » pro potiori cautela harum serie per-
 » petuo statuimus, et ordinamus, eam
 » partem reddituum Curie *Turroni* hu-
 » jusmodi, quæ ad Montem præfatum
 » tam vigore emptionis alias ad com-
 » modum ejusdem Montis factæ, quam
 » indulti Apostolici super inde ad illius
 » favorem concessi, pertinet, integram,
 » atque salvam pro eodem Monte om-
 » nino præservandam esse, nec a quo-
 » quam aliqua ex parte diminui posse,
 » aut deberi, supportatis tamen per dic-
 » tum Montem, debitis, et consuetis
 » oneribus; Insuper Notarios Curie *Tur-
 » roni* hujusmodi dictis qualitatibus
 » præditos, et octo numero dumtaxat
 » esse, ac ultra illos eum, qui caput
 » Notariorum dicitur, modo, et forma
 » præmissis eligi, et approbari, atque
 » per se ipsos, non autem per Substi-
 » tutos, suum cujusque officium exer-
 » cere, et inter eos æqualitatem, et
 » paritatem servare, illisque de com-
 » petenti salario provideri, ipsorumque
 » octo Notariorum officium ad bien-
 » nium cum prorogatione alterius bien-
 » nii ad summum: ejus vero, qui ca-
 » put Notariorum dicitur, pro eo tem-
 » poris spatio, prout prædictæ Curie
 » *Turroni*, causisque ibidem gerendis
 » videbitur expediri, arbitrio dictorum
 » Præsidentium dumtaxat durare debe-
 » re, et elapso decennio, ut præfertur,
 » computando, rursus in Notarios ejus-
 » dem Curie *Turroni* eligi posse, hæc-
 » que omnia, et alia supradicta, sub
 » excommunicationis sententia, per
 » quemlibet contravenientem, eo ipso
 » incurrendæ, inviolabiliter observari de-
 » bere. Quo circa Ven. Fratri Episco-
 » po Bononiensi, et dilectis Filiis Guber-
 » natori Civitatis Nostræ Bononiensis
 » nunc, et pro tempore existentibus, ac
 » causarum Curie Apostolicæ Genera-
 » li Auditori, motu simili mandamus,
 » quatenus ipsi, vel duo, aut unus eo-
 » rum per se, vel alium, seu alios præ-
 » sentes literas, et in eis, contenta
 » quæcumque ubi, et quando opus fue-
 » rit, ac quoties pro parte Præsiden-
 » tium prædictorum, vel quorumcum-
 » que aliorum interesse habentium,
 » aut alicujus eorum fuerint desuper
 » requisiti, solemniter publicantes, ac
 » ipsis in præmissis opportuæ defen-
 » sionis præsidio assistentes, faciant
 » autoritate Nostra præsentis literas,
 » et in eis contenta hujusmodi ab om-
 » nibus, ad quos spectat, et spectabit
 » quomodolibet in futurum inviolabili-

ter observari, ipsosque illis pacifice frui, et gaudere. Non permittentes, eosdem Præsidentes, vel alios interesse habentes, aut eorum aliquid quos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, nec non legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, et pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus Nostra de non tollendo jure quaesito, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Civitatis et Curiae prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum die xxii. Martii MDLXXXI. Pontificatus Nostræ Anno Nono.

Preces porrectæ pro absolutione ob inobservantiam præcedentium literarum Gregorii XIII., et amplioribus facultatibus in futuris Notariorum electionibus.

§. 2. Verum quia sicuti eadem exposito subjungebat, licet dicti Præsidentes omnia in eisdem literis præscripta executioni comiserint, et adhuc curent, tamen propter exiguum numerum Notariorum, qui officia hujusmodi petant, vel ad illa exercenda apti sint, jamdiu evenit, quod semel electi Notarii, etiam ultra biennium in hujusmodi officio perrexerint, valdeque insuper timendum sit, quod aliquando necessitate ducti iidem Præsidentes denuo eligant aliquem Notarium, qui antea officium hujusmodi exercuit, non elapso postmodum decennio, et quamvis aliquam ipse necessitudinem, dependentiam, aut quodvis aliud interesse cum Civibus, aliisque personis dictæ Civitatis habeat. Quo circa pro parte eorundem Præsidentium Nobis humiliter supplicatum fuit, ut quatenus occasione præmissorum, in excommunicationis sententiam ipsi incidissent, ad cautelam eos absolvere, simulque facultatem imposterum quoties nullus sit, vel minus idoneus sit, qui officium Notariatus hujusmodi petat, prorogandi ultra biennium exercitium eorum, qui actu inserviant, simulque eligendi, non adhuc elapso decennio illos, qui alias officia hujusmodi exercuerunt, et quamvis aliquam cum Civibus, et personis dictæ Civitatis necessitudinem, dependentiam haberent, eisdem Præsidentibus concedere, ac in

præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 3. Nos itaque, eosdem Præsidentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis, præterquam præmissorum occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innondati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita relatione Venerabilis Fratris Vincentii S. R. E. Cardinalis Malvetii nuncupati Archiepiscopi Bononiensis, facultatem eisdem Præsidentibus, quominus ipsi in excommunicationis sententiam prædictis de causis inciderint, absolvere se faciendi in forma Ecclesiæ consueta a propriis Confessariis, et a censuris, ac pœnis quibuscunque se liberare, autoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, atque insuper eorundem Præsidentium arbitrio, tum quod ad personas, qualitatesque octo Notariorum dictæ Curie *Turrone* imposterum eligendorum, tum quod ad prorogationem eorum deputationis attinet, remittimus, et conferimus, non obstantibus supra memorati Gregorii XIII. literis; quibus, quoad ea, quæ præsentibus adversantur, etiamsi pro illarum sufficienti derogatione specifica, ac individua, de verbo ad verbum mentio habenda, aut alia exquisita forma servanda foret ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus; in reliquis vero omnibus, et eisdem literas, et omnia in eis disposita quæcumque quoad eligendi jus, ac electionis formam, cæteraque in illis contenta confirmamus, et amplissime approbamus, easque servandas esse omnino volumus, nisi aliter ab temporum circumstantias expedire videbitur, quo casu Nobis, et Successoribus Nostris supplicandum esse pro illarum derogatione volumus, et jubemus.

§. 4. Decernentes, easdem præsentibus literas semper validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus fortiri, et obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis

Pontifex precibus annuit, et utrasque facultates indulget, prævia præcedentium literarum partiali reformatione, et derogatione.

Clausula subblata, et decretum irritans.

per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Augusti MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDLXXIII.

Dat. die 30.
Augusti 1764.
Anno VII.

Præscribitur forma pro recognitionibus characterum apponendis in Ordinibus directis Sacro Monti Pietatis, et in Chirographis Mandati Procuræ servanda tam in Urbe, quam in tota Pontificia ditone.

Clemens PP. XIII.

MOTU-PROPRIO

Referuntur incommoda, et pericula Officialium S. Montis Pietatis ex actuali methodo in Ordinibus, et Chirographis Procuræ.

§. 1. **Q**uamvis ad custodiendam, ac prompte, expediteque solvendam pecuniam, quam Mons Pietatis Urbis titulo depositi recipere consuevit, Statuto ejusdem Montis cautum fuerit, solvi tunc id pecuniæ debere, cum exhibentur Mandata, seu Ordines ab iis subscripti, quorum nomine deposita custodiuntur; suspendendam vero, differendamque ejusdem pecuniæ solutionem, si aliqua de caractere, aut subscriptione creditoris trahentis oritur suspicio; quæ servata regula nullam loco pio inferendam esse molestiam; nihilominus ne forte deinceps eveniat, quemadmodum aliquando evenisse accepimus, ut aliquo subducto pecuniæ deposito, falsi cujuscumque Ordinis causa, etsi nihil vitii ei inesse videatur, Mons ipse Pietatis in eas angustias redigatur, ut magno dispendio gravissimis sese litibus implicet, quarum etiam incerti sint exitus, ob varias, dissidentesque Judicum opiniones, atque ob hæsitacionem a Rota Nostra Romana ostensam, creditori ne, an Monti sit subeundum periculum, cui improborum fraude deposita ipsa obnoxia esse possunt; Nos considerantes quam ma-

xime dedecere, æquitatque repugnare ut Mons Pietatis ob deposita ipsa, quæ publicis commodis provisurus recipit, atque servat absque ullo deponentium impendio, quidquam in casibus mere fortuitis detrimenti ferat, ejus indemnitati prospicere decreveramus.

§. 2. Sed antequam ea de re constitueremus, tribus Præsulibus Paraciano, Azpuru, et De Zelada Rotæ Nostræ Romanæ Auditoribus ejus cognitionem delegandam esse putavimus, ut inquirerent, et ad Nos denique referrent, quid Statuto esse opus arbitrarentur. Hi cum rem diligenter, ac serio perpendissent, Nobis exposuerunt, in hanc se omnes sententiam convenisse, ut præservatis, prout de jure, et quatenus de jure quibuscumque casibus præteritis, ac omnibus judicatis desuper editis, aut etiam ex causa de præterito proferendis, consuli futuris tamen casibus per viam legi, hisce regulis possit =.

Pontifex speciali comissioni injunxit novæ methodi propositionem.

» I. Quod omnes, et quicumque Ordines solutionum pecuniarum in Monte Pietatis depositarum subscripti a suo vero creditore, cujus sit cognita manus, atque subscriptio, statim, et indilate persolvantur, ut præscribitur in Statutis ipsius Montis Pietatis Cap. XLV.

Tenor novarum regularum propositarum.

» II. Quod in aliis Ordinibus, quorum dubiæ, et suspectæ sint subscriptiones Creditorum trahentium, suspendi possit solutio, injuncta legali recognitione eorum characteris, facienda per rogatum publici Notarii in hunc, qui sequitur modum.

» III. Quod scilicet si creditor, seu trahens degat in Urbe Roma, recognitio manus fieri debeat coram publico Urbis Notario per ipsum subscribentem, præsentibus ad majorem cautelam duobus testibus, eidem Notario cognitis, qui ante ipsius Notarii rogatum sese subscribant pro veritate ejusdem personæ subscribentis.

» IV. Quod, si e converso trahens moretur extra Urbem, et ubique locorum, similiter recognitio manus per ipsum subscribentem, et per duos, ut supra testes fieri debeat coram publico illius Regionis Notario, adhibita ulterius legalitate Episcopi Diocesani, vel Nuncii Apostolici, vel sin minus Magistratus localis, unde pateat, quod Notarius vere sit publicus, et idoneus, quem se facit, ejusque scripturis publica fides adhibeatur. Hujusmodi vero legalitas a publicis Urbis Notariis,

» et respectivis testibus recognosci de-
» beat in forma solita, et consueta.

» V. Quod si ullo unquam tem-
» pore exhibeantur Ordines creditorum
» in Urbe præsentium, vel absentium
» quorum subscriptio, nedum sit in-
» cognita, sed ob illorum prædecessum
» amplius in præscripta forma recogno-
» sci non possit, eo quidem casu, aliis-
» que forsan similibus, ne unquam no-
» vis fraudibus aditus, aperiatur, et ne
» etiam in damnum hæredis, vel al-
» terius tertiæ adjectæ personæ solutio
» retardetur, implorari debeat officium
» Judicis, qui omnibus circumstantiis
» rite perpensis, cunctisque probatis
» de jure probandis, in calce eorum-
» dem Ordinum præscribat, et man-
» det cui juris fuerit ejus depositi con-
» signationem, quæ sic expleta ad quo-
» scumque effectus ita legitime facta
» reputetur, perinde ac si præscripta,
» quo supra modo, recognitio præces-
» serit.

» VI. Denique quod iis omni-
» bus rite servatis, et adimpletis, sa-
» tis cauta, et tuta declaretur, et in-
» telligatur facta solutio Ordinum cu-
» juscumque trahentis, vel ejus legiti-
» timi Procuratoris, quin deinde Mons
» Pietatis de ullo periculo teneatur in
» quocumque casu fortuito falsitatis cha-
» racteris eorundem Ordinum, addita
» insuper declaratione, quod omnes
» præscriptæ cautelæ non solum in-
» demnitatem respiciunt ipsius Montis,
» ejusque Ratiocinatoris, ne fraudibus,
» et detrimentis quotidie exponatur,
» sed tendunt etiam ad majorem se-
» curitatem ipsorum deponentium,
» quibus non aliquid exosum onus im-
» positum, sed ita magis provisum vi-
» deri poterit, ut melius eorum depo-
» sita custodiantur.

» §. 3. Nos autem cognita hujusmo-
» di sententiæ æquitate, confidentesque
» id consilii genus huic Nostro Monti Pie-
» tatis indemnitati fore, quibuscumque
» in contrarium, iisque etiam, si quo-
» rum forte specialis esset, facienda men-
» tio, hic pro expressis habentes, Motu
» Proprio, certa scientia, deque pleni-
» tudine Apostolicæ auctoritatis Nostræ
» approbamus, omnibusque suis partibus
» confirmamus sex articulos modo descri-
» ptos, eosque vim legis obtinere, ac per-
» petuo in casibus futuris observari vo-
» lumus, declarantes, quod quidquid sanc-
» titum est de Ordinibus, quæque consti-
» tutum omnino intelligi de Procuræ Man-
» datis debeat, præservatis prout de jure
» et quatenus de jure quibuscumque præ-

teritis casibus, et omnibus judicatis de-
» super editis, aut etiam ex causa de
» præterito proferendis.

» §. 4. Quod si memorata particu-
» laris trium Rotæ Nostræ Romanæ Au-
» ditorum Congregatio tollendæ deinceps
» fraudis, meliusque loco pio prospici-
» endi causa existimaverit, plectendos
» pœna mortis esse auctores falsitatis, si
» qua imposterum quocumque modo, ac
» forma, circa ejusdem Montis Pietatis
» deposita, etiam exiguæ summæ instru-
» eta fuerit, Nos tamen nihil modo ea
» de re statuendum duximus, statuturi
» certe opportuniore occasione, ac tem-
» pore cum generatim de pœnis decer-
» nendum erit.

» §. 5. Decernentes, ipsas præsentis
» literas de subreptionis, vel obreptio-
» nis vitio, aut intentionis Nostræ, vel
» quocumque alio defectu, seu nullitate
» impugnari non posse, sed semper va-
» lidas, et efficaces fore, et esse ita qui-
» dem ut, quindecim elapsis diebus re-
» spectu hujus Nostræ Urbis, ac triginta
» respectu totius Nostri Status Ecclesia-
» stici, a die earum publicationis, omnes
» et singulos tam in Urbe, quam in to-
» to Statu Ecclesiastico, et Legationibus
» existentes, et extra obligent ita, atque
» arcent, ac si unicuique eorum perso-
» naliter, et nominatim intimatæ fuissent;
» sicut in præmissis omnibus, et sin-
» gulis per quoscumque Judices Ordina-
» rios, et Delegatos, etiam Palatii Apo-
» stolicæ Auditores, et ejusdem S. R. E.
» Cardinales Legatos à latere, Camera-
» rium, nec non Camera Apostolicæ
» Præsidentes Clericos, et quosvis alios
» quavis auctoritate fungentes, et functu-
» ros, sublata eis, et eorum cuilibet qua-
» vis aliter judicandi, et interpretandi fa-
» cultate, et auctoritate, judicari, et de-
» finiri debere; ac irritum, et inane si
» secus, super his a quoquam, quavis au-
» ctoritate, scienter, vel ignoranter con-
» tingerit attentari.

» §. 6. Constitutionibus, et Ordina-
» tionibus Apostolicis, Statutis, Usibus,
» Reformationibus, et Consuetudinibus in
» contrarium minime obstantibus, nec non
» privilegiis, indultis, etiam, literis Apo-
» stolicis quibusvis personis, et Judicibus
» sub quavis forma concessis, confirmatis,
» et innovatis, quibus omnibus, et
» singulis illorum, cæterisque contrariis
» quibuscumque hic forsan exprimentis,
» et inserendis, specialiter, ac expresse
» amplissime derogamus. Datum Romæ
» ex nostro Palatio Apostolico Quiniali
» hac die xxx. Augusti MDCCLXIV.

Reservantur
speciales pro-
videntiæ in ca-
su falsitatis de-
tectæ.

Clausula su-
blata, et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
trariorum.

Pontifex rela-
tas regulas ap-
probat, eaque
ad Procuræ
mandata ex-
tendit.

Dat. die 5 Se-
ptembris 1764.
Anno VII.

CDLXXIV.

Methodus habenda in confectione Albi Senatorii, nec non præfixione Consiliariorum in Civitate Matelicæ a Sacra Consulta constituta, approbatur, et observari mandatur.

Clemens PP. XIII.

Ad futurum rei memoriam

Referitur anti-
qua methodus,
et incomoda
derivantiæ in
confectione Al-
bi Senatorii,
et resolutio Sa-
cræ Consultæ
ad talia inco-
moda remo-
venda.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii nonnulli Consilarii Opipidi Civitatis nuncupatæ Matelicæ Nobis, atque huic Apostolicæ Sedi etiam in temporalibus subjectæ, quod cum in eorum Consilio nil certi esset præscriptum pro recto ordine, ac methodo Albi Senatorii vulgo *il Bussolo*, quamplures persæpe oriebantur controversiæ, ac perturbationes, quæ illorum Civium tranquillitati officiebant; Quapropter Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales super Consultationibus Civitatum, Terrarum, et Locorum Status Nostri Ecclesiastici, auctoritate Apostolica deputati, eorum quieti consulere sagittantes prudentem in his præscripserunt ordinem, cujus exequutio postmodum ab ipsis injuncta fuit Governatori dictæ Civitatis per Epistolas datas die ix Febr. præteriti Anni MDCCLXIII. tenoris sequentis videlicet =

» Essendosi partecipato alla Sacra Consulta quel più, che ha Ella significato relativamente al foglio trasmessole rapporto alla rinnovazione di codesto Bussolo, la medesima vuole, che Ella faccia rinnovare il Bussolo suddetto a tenore di quanto si prescrive nell'accluso foglio. Così eseguirà, e Dio la conservi = Folium autem una cum eisdem Epistolis transmissum, erat ut sequitur videlicet = Per dare la Sacra Consulta uno stabile provvedimento al Bussolo di Matelica, e rimuovere gl' inconvenienti, che colà sieguono, essendo questo regolato capricciosamente, anche contro alcune ordinazioni della medesima, ha creduto, che nella rinnovazione di detto Bussolo debba tenersi il seguente metodo.

» Riconoscendosi dunque il Bussolo suddetto nello stato presente composto di quattro gradi, cioè di Gonfaloniere, di primo, secondo, e terzo Priore, e non essendo il ceto de' Consiglieri in numero sufficiente a poter compire tutti detti gradi, tanto

» più che si vede ora l'assurdo, che
» il grado de' Gonfalonieri si rende eguale al numero delli rimanenti Consiglieri, dal che ne proviene, che spari il Bussolo suddetto, senza che parte di essi Gonfalonieri abbiano assunto l'esercizio del loro impiego nelli due anni, che si viene alla rinnovazione di detto Bussolo, è voluta nella determinazione che si riduca il Magistrato a soli tre gradi, cioè di Gonfaloniere, di primo, e di secondo Priore, annullando l'altro di terzo Priore, come ancora, che tale rinnovazione di Bussolo si faccia ogni tre anni formandosi dieciotto Palle, giacchè trovandosi presentemente ascritti al numero dei Gonfalonieri ventuno soggetti, valutando tre de' medesimi, che si trovano assenti, o impediti, dovranno questi passarsi in un Bussolo, che dovrà formarsi a parte degli Onorarij, ed in tal guisa ciascuno delli Gonfalonieri esercenti assumerà nel triennio l'impiego, che gli spetta = Per fissare poi il numero de' Consiglieri in genere, ha determinato, che questi debbano essere cinquantaquattro inclusivamente colli Gonfalonieri, rendendo valide le proposte, che si faranno nelli Consigli coll' intervento, e presenza di quaranta Consiglieri, e per compire detto numero di cinquantaquattro, non essendovi in detta Città legge, o Statuto, che prescriva gli requisiti degli aggregandi, dovranno aversi in vista quelle persone della Città medesima sufficientemente possidenti, e dotate di buona qualità non avendosi in considerazione Chierici, o altri privilegiati, quali *de jure* non si potessero obbligare, se non che nel caso, rispetto alli primi, rinunziassero al di loro privilegio del Chiericato a tenore dell' Eugubina, e riguardando alli secondi, che rinunziassero a qualunque di loro privilegio per godere de' rispettivi gradi, previa però l'approvazione de' Superiori, a quali spetta la cognizione delli di loro privilegi, per il qual fine dovrà prefiggersi un congruo termine, dentro il quale debbano far costare di avere riportato detto assenso. E volendo essa Sacra Consulta fissare ancora uno stabile provvedimento per la graduazione de' soggetti ascritti nel Consiglio, giacchè per difetto di Statuto non vi è come sopra legge che lo prescriva, vuole, che rispetto al

Tenor resolutionum Sacra Consultæ.

» ceto de' Gonfalonieri, si componga
 » questo in avvenire, in occasione di va-
 » canza degli esercenti, di soggetti au-
 » torevoli, abili, meritevoli, e che si
 » trattino con pieno lustro.

» Che l'altro grado di primo
 » Priore, al quale spetterà il diritto di
 » passare all'altro di Gonfaloniere, in
 » caso di vacanza, venga formato da fi-
 » gli, o nipoti de' Gonfalonieri defon-
 » ti, unitamente con i Consiglieri, quan-
 » te volte però rispetto a detti figli, o
 » nepoti graduandi non abbia il di lo-
 » ro padre, o zio, per morte di cui
 » sarà vacato il posto di Consigliere,
 » esercitata arte meccanica, e riguardo
 » alli Consiglieri parimenti graduandi
 » che vivano civilmente colle proprie
 » entrate, e non esercitino mestiere de-
 » turpante l'onestà, ed onoroficenza,
 » e quelli Consiglieri privi di tali re-
 » quisiti dovranno rimanere sempre nel
 » terzo grado, dal quale solamente si
 » darà il passaggio a quello di primo
 » Priore, se vi sarà soggetto, che abbia
 » i precitati requisiti, e non essendovi
 » dovrà a misura del bisogno porsi il
 » figlio, o nipote di un Gonfaloniere
 » esercente, senza però, che possa in-
 » tervenire, o votare negli Consigli,
 » quando v'inter venga il padre, e zio,
 » e tali graduazioni dovranno farsi dal
 » Consiglio generale, escluso in que-
 » sto caso quel ceto, da cui deve pren-
 » dersi il Consigliere graduando, e sic-
 » come escluso detto ceto non potrebb-
 » be tenersi il Consiglio col numero di
 » quaranta Consiglieri stabiliti come so-
 » pra per rendere valide le proposte,
 » così intende, e vuole la nominata
 » Sagra Consulta, che siano valide tali
 » proposte di graduazioni con numero
 » maggiore di trenta Consiglieri, e
 » minore di quaranta, qual minora-
 » zione però s'intende espressamente
 » che possa solamente aver luogo trat-
 » tandosi di simili graduazioni, e non
 » di altra materia. Per la formazione
 » dunque del nuovo Bussolo dovranno
 » eleggersi gli otto deputati dal Consi-
 » glio, secondo gli ordini dati dalla Sa-
 » gra Consulta, nell'Anno 1748 e for-
 » mato, che sarà, prima di darglisi ese-
 » cuzione, dovrà trasmettersi a detta Sa-
 » cra Consulta per sentire l'oracolo del-
 » la medesima, e riportarne la neces-
 » saria approvazione.

§. 2. Verum quia nonnulli Vexilliferi, ac Priores dictæ Civitatis recursum deinde habuerunt adversus methodum in eodem folio præscriptam, hinc deductis, ac visis utriusque par-

tis juribus, ac rationibus sub die xxiii. Martii currentis anni prodiit resolutio pro executione ordinum jam datorum, unica superaddita variatione, quæ expressa reperitur in posterioribus Epistolis die xxiv. ejusdem mensis Martii ad dictum Governatorem conscriptis tenoris sequentis videlicet. » Non ostan-
 » te quanto si è dedotto per par-
 » te di alcuni Gonfalonieri, e Priori di
 » codesta Città, quali insistono perchè
 » non abbia effetto il nuovo sistema
 » del Bussolo ordinato dalla Sagra Con-
 » sulta con foglio costà trasmesso li 9.
 » Febrajo dell'anno scorso, pretenden-
 » do, che debbono continuare sull'an-
 » tico piede, ed altri parimenti Gon-
 » falonieri, Priori, e Consiglieri, da
 » da cui si fa tuttavia istanza, affan-
 » chè resti effettuato tutto ciò, che si
 » dispone nel foglio medesimo, detta
 » Sagra Consulta ha risoluto, che on-
 » ninamente si osservi quanto si prescri-
 » ve nel foglio suddetto, diversifican-
 » do unicamente, che nel caso di va-
 » canza al grado di Gonfaloniere deb-
 » bano i figli, e nipoti de' Gonfalo-
 » nieri essere dal Consiglio Generale
 » preferiti agli altri, che non hanno tal
 » qualità. Ne darà pertanto Ella gli or-
 » dini corrispondenti, e Dio la con-
 » servi ».

§. 3. Quibus omnibus executioni deinde commissis, quies, et tranquillitas, ut asseritur, dictis Civibus restituta fuit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti esponentes, quo firmiter præmissa omnia subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communitari summopere desiderent; Nos specialem ipsis gratiam facere volentes, eosque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas resolutiones, auctoritate Apostolica tenore, præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis supradictæ Cardinalium Congregationis auctoritate ab omnibus, et quibuscumque eas in futurum omnino servari, et custodiri volumus, et jubemus.

§. 4. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et

Pontifex supra
 relatas Sacra
 Consulta reso-
 lutiones ap-
 probat, et ob-
 servari man-
 dat.

A qua resolu-
 tione quum re-
 clamatum fue-
 rit, eandem
 confirmavit Sa-
 cra Consulta,
 addita declara-
 tione.

Clausula su-
 blata, et de-
 cretum irri-
 tans.

efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolicis Auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his, a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, ac Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, dicti Oppidi Civitatis nuncupatæ, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertia Septembris millesimo septingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CDLXXV.

Approbatio in forma specifica novorum Statutorum pro regimine, et gubernio Universitatis nuncupatæ de *Credenzieri, e Bottiglieri* de Urbe.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Ad Pastoralis dignitatis fastigium, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ sapientiæ, atque clementiæ abundantiam evecti, illa, quæ pro felici, salubrique directione, ac perpetua conservatione, et manu-

entione Universitatum quarumlibet, præsertim in Alma Urbe Nostra, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes proinanant, institutarum, uberesque pietatis, et Christianæ charitatis fructus, adjuvante, et incrementum largiente Domino, proferre laudabiliter satagentium provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata permaneant, Apostolici muniminis Nostri patrocinio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

§. 2. Nuper pro parte dilectorum filiorum Officialium, et Confratrum Confraternitatis seu Universitatis vulgo de *Credenzieri, e Bottiglieri* nuncupatæ de Urbe, canonice, ut asseritur, in Ecclesia Sanctæ Helenæ institutæ Nobis expositum fuit, quod cum eidem Universitati aggregata, et unita fuerit Universitas vulgo degli *Acquafrescari, Caffettieri, Spacciatori di spirito di vino, Confettieri, e loro spacciatori*, et omnes prædictæ Universitates, seu Confraternitates simul in unum corpus redactæ fuerint, ut plenius continetur in publico Instrumento desuper confecto die xxv. Septembris MDCCLXIV. ad retinendam, et tuendam pacem, et charitatem inter omnes aggregatos, et unitos ad rectum regimen, gubernium, et directionem, et ad conservandum cultum, et decorem prædictæ Ecclesiæ Sanctæ Helenæ, necessarium fuit ex antiquis Statutis, quæ peculiaria sibi a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostri confirmata unaquæque Universitas habebant, de novo alia concedere, et compilare, quæ essent omnibus communia, et cunctis congrua, ac convenientia. Cum autem id diligenter, et feliciter confectum, et absolutum fuerit, fuerunt nova Statuta exhibita dilecto filio Nostro Alexandro S. R. E. Cardinali Diacono Albano nuncupato, earundem Universitatum Protectori, a quo die xii. præsentis mensis Januarii approbata, et confirmata fuerunt. Horum autem Statutorum, Ordinationum, seu Constitutionum, tenor est, qui sequitur.

CAPITOLO I.

Del servare l'Unione

» Stante la lodevolissima Unione, od incorporazione seguita della
» Università degli Acquafrescari, Caffettieri, Spacciatori di spirito di vino, ed
» intero Corpo alli medesimi unito, Con-
» fetturieri, e loro Spacciatori colla

Preces porrecte pro confirmatione novorum Statutorum hujus Universitatis.

Refertur tenor Statutorum.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 1.
Febr. 1765.
Anno VII.

Proemium.

» Università de' Credenzeri di Roma ,
 » si può non senza ragione sospettare ,
 » che tanta varietà di persone obbliga-
 » te a diversi impieghi possa svegliare
 » diversità di pareri senza il minimo
 » vantaggio pubblico , anzi con pregiu-
 » dizio non leggiero di quella pace , e
 » di quella ottima armonia , che de-
 » ve sempre mai vedersi in tutti quel-
 » li , che in carità devono essere uniti
 » a gloria del Signore , e a beneficio
 » delle anime loro : perciò nel pre-
 » sente Capitolo , prima di ogni altra
 » cosa si ricorda a tutti , la fedele os-
 » servanza della carità , dono il più
 » bello , che ci abbia lasciato Gesù
 » Cristo prima di morire , e si ordi-
 » na l' esercizio scambievole del santo
 » amore fraterno , mediante il quale
 » Iddio benedirà le nostre opere , e
 » anderanno queste sempre più crescen-
 » do a suo onore , e a nostro vantag-
 » gio , avendo presente in ogni occa-
 » sione la Sentenza di S. Girolamo ,
 » che dice al Cap. 12 sopra S. Matteo
 » come per la discordia rovinano le co-
 » se ancor grandi , e per la concor-
 » dia si accrescono le piccole = *per*
 » *concordiam parvæ res crescunt ; per*
 » *discordiam maximæ dilabuntur.*

CAPITOLO II.

Degli Officiali , e Loro numero.

» Per la conservazione , e buon
 » regolamento della nostra Università ;
 » per il mantenimento della nostra Chie-
 » sa di Sant' Elena ; e perchè li pre-
 » senti Statuti , siano infallibilmente
 » mantenuti nella piena loro osservan-
 » za , si stabiliscono gl' infrascritti Of-
 » ficiali , e Ministri , che dovranno eleg-
 » gersi come si dirà in appresso , cioè
 » numero quattro Consoli , un Camer-
 » lengo , un Segretario , sedici Consi-
 » glieri , due Sindaci , un Archivista ,
 » due Deputati alle Liti , due Revisori
 » di Acquavite , due Infermieri , due
 » Visitatori de' Carcerati , due Fabbri-
 » cieri , quattro Sagrestani , un Retto-
 » re , un Procuratore , un Notajo , un
 » Computista , un' Esattore , ed un Man-
 » dataro , i quali tutti dovranno eserci-
 » tare il loro officio , come si dirà in
 » appresso.

CAPITOLO III.

Del modo di fare la Congregazione segreta.

» La Congregazione segreta sarà
 » composta di tutti li sopraddetti Offi-
 » ciali , e Ministri , eccettuati li due
 » Sagrestani , li quali in alcun modo
 » non dovranno intervenire nella Con-
 » gregazione segreta ; e radunati , che
 » saranno li sopraddetti si dovrà di-
 » scorrere , e trattare degli affari con-
 » cernenti , e spettanti alla nostra Con-
 » gregazione , li quali si proporranno
 » dal primo de' Consoli , ed in sua
 » mancanza da chi ha il primo luogo
 » nella Congregazione suddetta ; inca-
 » ricando però a chiunque di aver sem-
 » pre in vista quelli solamente , che ri-
 » guardano l' onesto , l' utile , e l' eco-
 » nomico , acciò si possano poi pro-
 » porre in Congregazione generale per
 » la totale , ed effettiva approvazione
 » delli medesimi. Detta Congregazione
 » segreta non possa farsi , se non in-
 » terverranno , e saranno presenti venti
 » delli suddetti Officiali , fra quali al-
 » meno due Consoli , oltre gli enun-
 » ciati Ministri , li quali per qualun-
 » que causa , e titolo non dovranno
 » mancare , altrimenti siano soggetti al-
 » le pene , che si diranno in appresso
 » nel particolare Capitolo risguardante
 » li detti Ministri , e quando che non
 » vi fosse il supraddetto numero di
 » venti Officiali , e tra questi li due
 » Consoli , non possa proporsi , ne esa-
 » minarsi cosa alcuna.

CAPITOLO IV.

Del modo di fare la Congregazione generale

» Proposti , che saranno stati gl'
 » interessi , ed affari della nostra Chie-
 » sa , ed Università in Congregazione
 » segreta , ed in quella fissati , e sta-
 » biliti , dovranno poi proporsi in Con-
 » gregazione generale , alla quale spet-
 » terà l' approvare qualunque risoluzio-
 » ne. Se a caso però insorgesse qual-
 » che difficoltà circa di questo , ordi-
 » niamo , che si debba far correre il
 » Bussolo colla preventiva dichiarazione
 » della Palla favorevole , e contraria ,
 » cioè , che la Palla negra sia inclu-
 » siva , e la bianca esclusiva , e con-
 » traria ; e di poi riconosciuti , ed esa-
 » minati , che saranno li voli , dovrà
 » stabilirsi l' affare , ed interesse propo-

sto a favore di quella parte, che avrà maggiore quantità de' voti, dimo-
doché trovandosi più palle negre che
bianche, l'affare, ed interesse rimarrà
incluso, e stabilito; e trovandosi all'incontro
più palle bianche, che negre, l'affare, ed
interesse proposto resterà escluso. Ritrovandosi
però che li voti siano eguali, e tante siano
le palle negre, quanto bianche, vogliamo
allora, che si faccia correre il Bussolo per
la seconda volta, nella quale tuttavia persistendo
la medesima parità, immediatamente s'intenda
appartenersi la decisione all'Emo nostro
Protettore, e tolta alla Congregazione ogni
facoltà di potere di quel tale affare decidere,
Paul V. cætum Patronorum qui antea receptitius erat, in numeratum convertit, ex viginti quatuor selectioribus Patronis compositum et illius Statuta approbavit.

mulare voluit, atque idcirco illos habiles, et idoneos ad patrocinium suum exhibendum, tam in causis Rotalibus, quam in cæteris quibusvis negotiis absque alio examine, et approbatione declaravit; Mantelli, ac Bireti usum in signum emeritæ prærogativæ concessit, aliaque nonnulla indulisit, et elargitus est.

Recessentur officia, et privilegia, quibus Collegium idem dotarunt Romani Pontifices.

§. 5. Nuper autem idem Collegium, et dilecti filii Patroni causarum Palatii Nostri illud componentes exponi Nobis fecerunt, quod jam pridem etiam ab aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostri Collegium hujusmodi Patronorum speciali Apostolicæ beneficentiæ, et benignitatis intuitu, et consideratione dignum habitum est, eorumque opera adhibita in gravioribus etiam negotiis, illis insuper multoties commissa fuit tutela, ac patrocinium in causis plerumque pauperum, eorumque defensio sine ullo emolumento, atque ulla spe lucri juxta laudabile institutum ejusdem Collegii ab ipsis suscepta est, et quod semper anteactis temporibus ex eorum numero, qui adscripti in eo reperiebantur, selectus fuit a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostri tum Commissarius Cameræ Apostolicæ, et Præfectus vacationibus per obitum Datarie Apostolicæ, tum Locumtenens Civilis Tribunalis Gubernij hujus Almæ Nostræ Urbis, præter alia quoque officia plerumque in ipsos collata.

Antiqua hujus Collegii statuta reformata fuere, novaque condita.

§. 6. Verum quum propter nonnullarum circumstantiarum mutationem, mutandum quoque, ac necessario reformandum esse dicti exponentes, rebus omnibus diligenter perpensis, et consideratis, putaverint eorum Statutum, præsertim in iis Capitibus, quæ executioni nunc demandari non possunt eo modo, quo in illis præscriptum reperitur; propterea ordinationes, provisiones, constitutiones, usus, consuetudines, præcepta, statuta in eo contenta, consilio, et assensu Venerabilis Fratris Urbani tunc temporis Palatii Apostolici Auditoris, et Decani, ac modo Firmani Præsulis reformata, mutata, correctæ fuerint in hunc, qui sequitur, modum, videlicet.

CAPUT I.

De concernentibus Religionem

» Quoniam quæ attinet ad fidem, et Religionem Christianam, ea omnia, quæ Sancta Mater Ecclesia docet, et mandat, profiteri intendi-

Tenor statutorum reformatorum.

» mus. Nos Sacri Apostolici Palatii causarum Patroni de Collegio, quod tamquam justitiæ ministrum institutum est sub auspicio Beati Michaelis Archangeli, cælestis etiam justitiæ ministri, statuimus, et ordinamus, ut annis singulis die festo dedicationis ejusdem, Sacrum solerimè in Ecclesia Archyginnasii Sapientiæ de more celebretur, ad quod convocentur Sacri Palatii Apostolici Reverendi Patres Domini Auditores, nec non Domini Concistorialis Aulæ, ac cæteri Romanæ Curie Advocati. Item, quod in funere cujuscumque Collegæ debeant per Cappellanum omnes de Collegio convocari, iisque debeant distribui Candelæ cereæ, prout hæcætenus est consuetum, et quod uno die infra mensem tunc proximum debeant collegialiter celebrari exequiæ particulares pro tali defuncto in nostri Collegii Cappella, et singulis annis infra hebdomadam diei, quo per Sanctam Matrem Ecclesiam celebratur generalis commemoratio Defunctorum, sicuti ante hæc est observatum. Qui vero sine legitima causa prædictis Functionibus non adfuerit, aureum unum dictæ Cappellæ ipsius Collegii applicandum, in singulas vices pendat, et si in eo solvendo fuerit contumax, mulctetur ulterius arbitrio Dominorum Deputatorum.

CAPUT II.

De requisitis pro ingressu

» Nemo in nostrum Collegium recipiatur nisi sequentibus polleat requisitis. Primum omnium optimam famam, integrum nomen, fidem incorruptam, atque honestatem, maxime in exercitio muneris, præseferat. Sit insuper puris, honestisque natalibus ortus; tum in utroque jure graduatus in aliqua publica Universitate juxta Constitutionem S. M. Benedicti XIV. Præterea in albo Procuratorum Rotalium descriptus, saltem a quinquennio, et in officio laudabiliter versatus, abstinendo se a cujuscumque apud acta Procuratoris exercitio, quod est proprium sollicitatoris. Postremo Domum instructam habeat, sese, et Familiam honorifice exhibeat; atque constet, quod Congregationi Sancti Iyonis nomen dederit, et defensionem causarum miserabilium personarum juxta illius

» pium institutum præ viribus operam
» præstiterit.

CAPUT III.

De forma admissionis

» Quotiescumque ad imple-
» dum numerum XXIV. Patronorum
» nostri Collegii a S. Me. Paulo V. præ-
» finitum, opus fuerit ad novam ad-
» missionem devenire, Decanus specia-
» le in id Collegium cogat in solita
» Archigymnasii Sapientiæ Aula, inita-
» que ex pluralitate suffragiorum deli-
» beratione de facienda nova admissione,
» statim mandabitur Secretario,
» ut supplices concurrentium libellos
» cum necessariis requisitis recipiat.
» Qui enim prius non supplicaverit,
» suæque idoneitatis documenta non
» exhibuerit, eum inter Collegiales ad-
» legi, cooptarique posse, tum laudabilis
» huc usque servata consuetudo, tum
» vetustiora etiam prohibent statuta.
» Mox in eodem Collegio, nulla inter-
» posita mora, duo Scrutatores de-
» putentur, quorum officium sit de vita,
» moribus, honestate, cæterisque quali-
» tatibus omnium concurrentium secreta,
» veridicasque informationes conquirere,
» et eas omnibus Collegis fideliter pandere
» in sequenti Congregatione specialiter
» intimanda, in qua, post eorum relationem,
» fiat electio. In hac autem peragenda,
» liberum sit Collegio ubi præsertim
» supplicantium multitudo affluit, alios
» negligere, ac præterire, qui pro ea
» vice, vel ratione ætatis, vel aliis de
» causis posthabendi videantur, et ad
» certos quodammodo Candidatos electionem
» cohibere. Hi vero seriatim juxta Do-
» ctoratus atque iurisdictionem, ne ulli
» fiat injuria, secreto scrutinio subi-
» ciantur, distributisque pillulis diver-
» sicoloribus, quarum alba includat, nigra
» vero excludat, Decanus, et Secretarius
» vota, quæ unusquisque secreto in
» Pixidem retulerit, coram omnibus luce
» palam enumerent, et idem Secretarius
» in folio resolutionum Collegii accurate
» describat, absolutoque scrutinio, et facta
» collatione numeri ad numerum, et personæ
» ad personam, dummodo suffragia favorabilia
» sint supra medietatem intervenientium,
» illi erunt renunciandi legitime electi,
» et in Collegium cooptati, quibus votorum
» pluralitas suffragabitur. His peractis,
» deputentur in eodem Collegio ex se-

» nioribus duo examinatores; munus-
» que erit Secretarii, primum omnium,
» Illustrissimum, et Reverendissimum
» dominum Sacræ Rotæ Decanum certio-
» rem facere de sequuta jam electione,
» eumque deprecari, ut certam diem
» præstituat examinis admittendorum:
» inde per Capellanum admone-
» re curabit noviter electos, ut die pro-
» xime sequenti coram Collegii Decano
» sese præsentent, a quo sequutam ipso-
» rum electionem, seu destinationem
» melius resciant, mandatum recipient
» de agenda singulis Collegis gratiarum
» actione, et simul admonebuntur,
» qua die, et hora comparere debebunt
» coram Illustrissimo, et Reverendissimo
» Domino Sacræ Rotæ Decano, ubi præ-
» sentibus examineribus deputatis, et
» Secretario nostri Collegii, assignabitur
» unicuique explicanda, more magistrali,
» intra viginti quatuor horarum spatium,
» una ex decretalibus, quæ aperto libro,
» forte se obtulerit. Hinc insequente die,
» eadem hora adesse teneantur admittendi
» coram prædictis Illustrissimo, et Reverendissimo
» Domino Sacræ Rotæ Decano, examineribus,
» et Secretario, assignatamque sibi
» decretalem magistratamque liter explanare,
» et argumentis demum, tum in jure,
» tum in praxi respondere, quæ singulis
» examineribus, et ab ipso etiam Sacræ
» Rotæ Decano, si ei libuerit, proponuntur.
» Facta explicatione, et examine, comper-
» taque idoneitate admittendorum,
» formalis tandem subsequatur admissio
» altera die per Illustrissimum, et Reverendissimum
» Sacræ Rotæ Decanum præscribenda,
» in qua apud eundem universum Collegium
» cogetur, ibique a Secretario Collegii
» introducti ii, qui de novo admitti debent,
» genuflexi, Fidei professionem emittant,
» jurentque in verba infrascriptæ formæ,
» præstitoque Juramento, recipiantur a
» Dominis Collegis ad osculum pacis,
» sintque deinceps de Collegio, et describatur
» in matricula eorum nomen, cognomen,
» et patria, ut sese probare Collegiales,
» haberique tales ab omnibus possint, et valeant.

CAPUT IV.

Formula juramenti

» Ego N. iuro, quod ab hac hora
» in antea, partes, quarum patronum
» suscepero, fideliter, ac sine tergiversatione
» aliqua pro justitia

„ adjuvare conabor, quidquid ve-
 „ rum, justumque existimavero clien-
 „ tibus meis consulere studebo, causas
 „ improbas scienter non recipiam, et
 „ si quas recepero, quæ mihi justæ in
 „ principio visæ fuerint, in progres-
 „ su autem apparuerint injustæ, ut ab il-
 „ larum prosecutione desistant, clien-
 „ tibus meis persuadere curabo, sin
 „ minus ab eorum patrocinio in causis
 „ hujusmodi me ipsum absolute re-
 „ movebo: monitis, et præceptis Colle-
 „ gii, et Officialium ejus in his, quæ
 „ ad ipsum Collegium spectant; bo-
 „ na fide parere studebo, ipsiusque
 „ Collegii statuta hujusmodi observa-
 „ bo, et secreta non revelabo, sic me
 „ Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evan-
 „ gelia.

CAPUT V.

De numero Officialium

„ Et quoniam necessarium est,
 „ ut sint aliqui certi, qui res ipsius
 „ Collegii particulariter intelligant, pro-
 „ curent, et ministrent. Idcirco statui-
 „ mus, quod continue juxta formam
 „ inferius adnotatam deputentur, et
 „ sint infrascripti Officiales, videlicet
 „ duo Deputati, duo Defensores, The-
 „ saurarius unus, et Cappellanus unus,
 „ qui tamen non sit de numero Colle-
 „ gialium.

CAPUT VI.

De Congregatione, illiusque intimatione

„ Quod ordinaria Congregatio de
 „ mandato Decani prædicti Collegii, seu
 „ præfatorum Deputatorum, vel eis ab-
 „ sentibus, ant impeditis, de manda-
 „ to atiquioris Collegæ in Urbe præsen-
 „ tis, fiat singulis mensibus, et diebus
 „ ex uno primæ hebdomadæ mensis.
 „ Fiant etiam Congregationes extraor-
 „ dinariæ secundum necessitatis urgen-
 „ tiam, et Cappellanus pro die, hora,
 „ et loco per alterum præfatorum sta-
 „ tuendis, omnibus Collegialibus, quos
 „ intra mœnia Urbis habitare sciverit,
 „ personaliter, aut domi dimissa ce-
 „ dula intimet horam, diem, et locum
 „ futuræ Congregationis; in Congrega-
 „ tione autem mensis Januarii sorte ex-
 „ trahantur ex Pixide Officiales pro an-
 „ no futuro: Neque absentium ulla ha-
 „ beatur ratio, deputatusque extractus
 „ ad unum officium, pro illo anno
 „ non admittatur ad aliud, exceptis

„ muncibus Thesaurarii, et Secretarii,
 „ quæ uni, eidemque Collegiali confer-
 „ ri volumus. In ferendis autem suf-
 „ fragiis, nisi omnes viva voce con-
 „ cordes fuerint, præstentur vota per
 „ pillulas, excepta Officialium creatio-
 „ ne, quam sorte omnino fieri volu-
 „ mus, quæ, ut sine contentione fiant
 „ mandamus, tres Pixides confici, in
 „ quarum unaquaque scribantur nomi-
 „ na omnium Collegiarum, et inscri-
 „ bantur una pro Deputatis, altera pro
 „ Defensoribus, et reliqua pro Thesau-
 „ rario: et adveniente necessitate (post-
 „ quam omnes extracti fuerint) refe-
 „ ctionis Pixidum, eligantur duo ex
 „ Collegio, qui una cum Deputatis ipsas
 „ Pixides fideliter innovent, et confi-
 „ ciant, sicque reffectæ apud Thesau-
 „ rarium asserventur; si quispiam ve-
 „ ro ex Collegis impeditus fuerit aliquo
 „ impedimento per Collegium appro-
 „ bando, quominus ad præfatas Con-
 „ gregationes accedat, teneatur exci-
 „ satorum trasmittere, et de tali im-
 „ pedimento Collegium certius redde-
 „ re, antequam hora Congregationis
 „ adveniat, sin minus pro qualibet vi-
 „ ce, pœnæ nomine scutum unum au-
 „ ri, Cappellæ usui applicandum in mani-
 „ bus Thesaurarii omnino, et irremi-
 „ sibiliter solvere teneatur.

CAPUT VII.

De Deputatis

„ Deputati sint duo, qui tenean-
 „ tur jura, et præ cæteris decus, et ho-
 „ norem Collegii tueri, et contra Col-
 „ legas de aliquo delicto, præsertim
 „ (quod absit) contra formam supra-
 „ dicti juramenti, a defensoribus dela-
 „ tos, seu alias diffamatos extrajudi-
 „ cialiter procedere, et tandem pro
 „ utilitate, vel necessitate Collegii pos-
 „ sint cuique de eodem Collegio, ac
 „ etiam ipsi Cappellano sub pœnis si-
 „ bi bene visis, et Cappellæ applican-
 „ dis præcipere, et pœnas ipsas omnibus
 „ juris, et facti remediis exigere.

CAPUT VIII.

De Defensoribus

„ Defensores similiter sint duo,
 „ et extrahantur, sicut est supradictum,
 „ teneanturque, et debeant res, et ne-
 „ gotia Collegii, prout eorum officii nomen
 „ sonat, defendere, præsertim in judi-
 „ cio, et per alios defendi, patrocina-

» rique curare, et facere, ac de vita,
 » et moribus Collegarum, maxime cir-
 » ca legalitatem, et fidelitatem patroci-
 » nii diligenter perquirere: Et si quem
 » contra formam præstiti juramenti ali-
 » quid fecisse compererint, id sedulo
 » Deputatis (ad hoc, ut quidquid circa
 » hoc fieri expediat, deliberare possint)
 » deferant, assistantque ipsis Deputatis
 » in negociis Collegii, procurentque,
 » exequantur, et faciant, quæ sibi a
 » Deputatis pro interesse Collegii fuerint
 » injuncta.

CAPUT IX.

De Thesaurario, et Secretario

» Thesaurarius sit unus, et cree-
 » tur, sicut est supradictum, teneatque
 » unum librum, in quo adnotet omnia
 » emolumenta, redditus, et proventus,
 » nec non sumptus, et expensas Col-
 » legii, conservetque privilegia, sigil-
 » lum, pecunias, et alia mobilia ipsius
 » Collegii: nec non, et quascumque
 » alias scripturas, arcamque, seu cap-
 » sam ipsius Collegii cum mobilibus,
 » et scripturis hujusmodi in inventario
 » publico describendas, et in fine of-
 » ficii de introitibus, et exitibus novis
 » Deputatis reddere rationem, librosque
 » rationum cum reliquis, ac etiam mo-
 » bilia, et scripturas juxta inventarium
 » prædictum, et capsam, seu arcam
 » prædictam, et illius clavem restituere
 » teneatur, sumptus autem, per se ipsum
 » nullos facere possit, sed tantummo-
 » do quoties, et quando id sibi Depu-
 » tati mandabunt per mandatum in scri-
 » ptis factum, et per præfatos Depu-
 » tatos subscriptum: idem Thesaurarius
 » munere quoque Secretarii fungatur,
 » quocirca habeat ulterius alium librum,
 » in quo singula decreta, quæ in Con-
 » gregationibus fient, manu propria ad-
 » notet, nec cuiquam pandat, aut re-
 » velet, nisi de mandato ipsius Collegii.

CAPUT X.

De Cappellano

» Cappellanus sit unus extra Col-
 » legium, Sacerdotali caractere insigni-
 » tus, et creetur in Congregatione gene-
 » rali per suffragia, teneaturque Do-
 » minis Deputatis, et aliis Officialibus
 » assistere, Congregationes generales,
 » vel particulares, et alias occurrentias
 » Collegii, prout sibi impositum fuerit,
 » omnibus Collegialibus in Urbe exi-

» stentibus personaliter, si potuerit, sin-
 » minus domi dimissa copia cedulæ
 » intimare, et habeat pro suo salario,
 » quod sibi fuerit ex conventionem pro-
 » missum.

CAPUT XI.

De Patrocinio pauperibus exhibendo

» Quotiescumque habebitur gene-
 » ralis Congregatio, sive ordinaria, sive
 » extraordinaria, non discedent e loco
 » Collegæ, quin prius Cappellanus dili-
 » genter perquirat, an præforibus stent
 » Pauperes aliqui, patrocinio in pro-
 » priis causis egentes, et si stare com-
 » pererit, illos introducat, vel eorum
 » preces exponat, et si Pauper sibi ali-
 » quem ex Collegis delegerit, sive, ut
 » pro eo scribat in facto, sive in jure,
 » ille sic delectus, sin minus, quem
 » Collegium per turnum deputaverit,
 » omnino (cessante legitima excusatione
 » per Collegium expresse approbata)
 » onus patrocinandi pro eo suscipiat,
 » et gratis pro amore Dei usque ad
 » finem causæ præstet: nec minimum
 » quidpiam ab eo etiam sponte dante,
 » seu etiam, finita causa dare volente,
 » accipiat.

CAPUT XII.

De Patronis in jure scribentibus

» Si quispiam ex Collegis, aut
 » simul, aut seorsim voluerit pure, et
 » simpliciter ex jure respondere, et
 » super alienis facti informationibus
 » scribere, quod in Romana Curia pe-
 » culiari nomine Advocatum agere nun-
 » cupatur) id æque possit pro sui li-
 » bito.

CAPUT XIII.

De iis, qui quod in aliquo deliquerint delati, aut diffamati fuerint.

» Si quis Collegarum (quod ab-
 » sit) circa unum quodlibet ex compræ-
 » hensis in supradicta juramenti for-
 » mula, secus ac sponderit, egisse,
 » ac propterea dejerasse, aut de aliquo
 » alio quocumque crimine infamiam ir-
 » rogante culpabilis esse, sive per De-
 » fensores (ad quorum præcipue offi-
 » cium hoc spectare volumus) sive per
 » alium quemcumque, non tamen ma-
 » levolum, sed fide dignum delatus,
 » aut præviis legitimis indiciis diffamatus,

» matus, repertus fuerit, Domini De-
 » putati, quorum conscientia de hoc
 » onerata existat, illico, postquam ad
 » eos, seu eorum alterum delatio, vel
 » diffamatio huiusmodi pervenerit, eum-
 » dem sic delatum, vel diffamatum ad
 » se vocatum debita cum modestia mo-
 » neant, ut in tunc proxima Congre-
 » gatione sub pœna cancellationis de
 » matricula, ac perpetuæ exclusionis ab
 » ipso Collegio compareat personaliter,
 » et de ascripto sibi delicto claris pro-
 » bationibus se purget. Quod si ille in
 » eadem Congregatione comparere con-
 » tumaciter cessaverit, vel compareus,
 » ut præfertur, non se purgaverit, et
 » innocentiam suam non probaverit,
 » illico in conspectu totius Collegii tam-
 » quam morbida pecus de matricula
 » cancelletur, et de Collegio penitus,
 » et in perpetuum excludatur, sitque
 » quoad ipsos Collegas de cœtero alien-
 » nus, et extra commercium. Et si quis
 » ex Collegis postea umquam pro illo
 » recipiendo verba fecerit, ille simili-
 » ter ipso facto sit Collegii commercio
 » privatus, et ab ipso Collegio in per-
 » petuum exclusus, et si contingat,
 » Deputatos, vel Defensores, aut ntros-
 » que, fore circa præmissa negligentes,
 » si quidem negligentia fuerit in solis
 » Deputatis, tunc liceat Defensoribus,
 » ut supra refèrre; si vero utrique ne-
 » gligentes fuerint, liceat, subque jura-
 » menti religione teneatur unusquisque
 » ex Collegis in proxima Congregatio-
 » ne referre, ut Congregatio ipsa,
 » objurgatis (ut par erit) de negligenti-
 » a sua Deputatis, et Defensoribus,
 » prout expedire videbitur, provideat.

CAPUT XIV.

De stilis privatim non subscribendis

» Nullus de Collegio post hac at-
 » testationi, seu fidei per quemcumque,
 » aut quoscumque super stylo Palatii,
 » aut Romanæ Curiaë factæ subscribere
 » audeat; quando vero contigerit Col-
 » legium super stylo huiusmodi in con-
 » cernentibus eorum officium consuli,
 » illud consueto more congregetur, et
 » omnium suffragia excipiantur, nec
 » aliter attestaciones aliquæ super stylo
 » formentur, et concedantur, quæ ul-
 » terius registrari debeant per Dominum
 » Thesaurarium in libro Decretorum
 » Collegii ad perpetuam memoriam, ne
 » amplius ea de re postea dubitetur.

CAPUT XV.

De inventario rerum, et scripturarum Collegii, et illarum custodia

» Omnes, et singulæ res, ju-
 » ra, et scripturæ Collegii, vei ad illud
 » quoquo modo pertinentes in consueto
 » Archivio, seu capsâ custodiantur, una
 » cum inventario illarum. Archivium au-
 » tem, seu capsâ prædicta duabus cla-
 » vibus claudatur, quarum altera penes
 » antiquiorem ex Deputatis, et alia pe-
 » nes Thesaurarium cum libro supra-
 » dicto, et sigilla asservetur, et quan-
 » documque contigerit inde extrahi scri-
 » pturas aliquas, adnotabitur in postre-
 » mo ejusdem Inventarii folio, cura-
 » bitque Thesaurarius quamprimum il-
 » las reportari, similiterque repositio-
 » nem in eodem folio adnotabit, et ho-
 » rum præcipue Thesaurarius in fine
 » sui officii successori suo rationem ex-
 » ponet.

§. 7. Cum autem, sicuti eadem ex-
 positio subungebat, ipsi exponentes,
 quo reformationes, mutationes, ordi-
 nationes, provisiones, præcepta, et sta-
 tuta huiusmodi firmiter subsistant, et
 serventur exactius, Apostolicæ confir-
 mationis Nostræ patrocinio communiti
 plurimum desiderant, ac præterea No-
 bis humiliter supplicari fecerint, ut in
 posterum non solum munera Commis-
 sarii Camerae Apostolicæ, et præfecti
 vacationibus per obitum Datariae Apo-
 stolicæ, ac Locumtenentis civilis Tri-
 bunalis Guberni Urbis usque adhuc de-
 mandata, et commissa in præfatum Pa-
 tronorum Collegium adscriptis, sed etiam
 ut alia Nostræ Romanæ Curiaë officia
 arbitrio, et paterna providentia Nostra
 designanda semper iisdem conferre, et
 aliam aliquam prærogativam, et habi-
 tus distinctionem, privilegiorumque jam
 obtentorum confirmationem concedere,
 et in præmissis opportune providere,
 et ut infra, indulgere de benignitate
 Apostolica dignaremur.

§. 8. Nos igitur, qui dictum Col-
 legium in bonum, et utilitatem publi-
 cam magis magisque florere propensis
 desideramus affectibus, ipsorum expo-
 nentium votis hac in re, quantum cum
 Domino possumus, favorabiliter annue-
 re volentes, et eorum singulares per-
 sonas a quibusvis excommunicationis,
 suspensionis, et interdicti, aliisque Ec-
 clesiasticis sententiis, censuris, et pœ-
 nis a jure, vel ab homine, quavis oc-
 casione, vel causa latis, si quibus quo-
 modolibet innodatæ existant, ad effe-

Preces porre-
 ctas pro confir-
 matione rela-
 torum statuto-
 rum, novo-
 rumque privi-
 legiorum con-
 cessione.

Pontifex statu-
 ta de novo con-
 dita confirmat,
 et approbat.

ctum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta statuta, leges, provisiones, usus, consuetudines, mutationes, et reformationes, omniaque, et singula in eis contenta, et expressa, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, et irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, amplissime supplemus, ac sanamus.

Peculiaris munia designat quæ Patronis tantummodo hujus Collegii conferenda in posterum erunt.

§. 9. Insuper, ut munera tum Commissarii Generalis Camerae Apostolicæ, tum Præfecti vacationibus per obitum Datarie Apostolicæ, tum Locumtenentis Civilis Tribunalis Gubernii, tum Secretarii, seu Administratoris Locorum Montium, tum trium Procuratorum dicte Camerae Apostolicæ, tum denique Fiscalis Fabricæ Sancti Petri, nulli alii, præterquam alicui ex dicto Collegio Patronorum Palatii Apostolici perpetuis futuris temporibus concedi, demandari, et committi unquam debere, eadem Apostolica auctoritate, tenore præsentium decernimus, constituimus, præcipimus, et jubemus.

Nec non habitum, et insignia concedit ab hisce Patronis perfruenda.

§. 10. Præterea specialis favore gratiæ præfatum Collegium, atque eos, qui in illud relati sunt, eorumque successores deorare volentes, non modo insignia, habitusque formam, quibus ante hæc usi sunt, verum quoque Biretum, quod alias eisdem a san. me, Paulo V. prædecessore Nostro concessum fuerat perpetuo eos habere, et retinere, ac insuper honoris gratia fasciam quoque nigri coloris imposterum deferre, et gestare posse, pari auctoritate, et tenore concedimus, et indulgemus.

Clausula sublatu, et decretum irritans.

§. 11. Decernentes, easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentia, vel dignitatis existant, sive alias specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causas, propter quas eadem præsentibus emanaverint, abductæ, verificatæ, vel sufficienter aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore

juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas, aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, ac dicto Collegio, et Patronis pro tempore existentibus in omnibus, et per omnia etiam perpetuo suffragari, ipsumque Collegium ad verificationem, seu justificationem præmissorum, vel partis eorum minime teneri, aut ullo modo quacumque auctoritate compelli debere, sed easdem et in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse servari; sicque et non aliter in præmissis censi, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis præfatæ Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, ac potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 12. Quocirca Venerabili Fratri Nostro Henrico Episcopo Tusculano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Vice-Cancellario, et dilecto Filio Nostro Carolo Nostro secundum carnem ex Fratre germano Nepoti, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Camerario, nec non Venerabili Fratri Nicolao Archiepiscopo Mitilensi causarum Curie Camerae Nostræ Apostolicæ Auditori Generali, eorumque pro tempore in officiis hujusmodi successoribus, per hæc Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se; vel alios, seu alium auctoritate Nostra præfatis Palatii Apostolici causarum Patronis, eorumque Collegio in præmissis omnibus, et singulis efficacis defensionis præsidio assistant, faciantque eos, et eorum singulos, quoties pro ipsorum parte super hoc fuerint requisiti, omni-

Peculiares dispositiones pro præsentibus literarum executione.

bus, et singulis præfatis pacifice frui, et gaudere, non permittentes eos, et eorum aliquem per quoscumque desuper quomodolibet indebite molestari, inquietari, aut impediri. Contradictores quoslibet cujuscumque status, gradus, et ordinis, dignitatis, vel præminentiae fuerint, per censuras Ecclesiasticas, et pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§ 15. Non obstantibus Nostræ, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non præmissis omnibus, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis, æditis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non quibusvis Almæ Urbis Nostræ, Collegiorum quorumcumque, Tribunalium, Universitatum, nec non prædicti Palatii Apostolici causarum Patronorum Collegii etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et Consuetudibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, exemptionibus, et indultis etiam in corpore juris clausis, aut literis Apostolicis quibusvis personis specifica, et individua mentione dignis, et sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam clausulis, et decretis, etiam irritantibus in genere, vel in specie, etiam de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exactissime servatis, et specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die xxx Martii MDCCLXV Pontificatus Nostri Anno septimo.



CDLXXVII.

Dat. die 2.
April. 1765 Anno
VII.

Numerus Consiliariorum Civitatis Velitri ex sexaginta ad quadraginta reducitur, nec non tempus exercitii Magistraturæ de trimestre, ad quadrimestre prorogatur.

Clemens PP. XIII.

Ad futurum rei memoriam

§. 1. Sinceræ fidei, et devotionis affectus, quem dilecti filii Communitas, et homines Civitatis Nostræ Veliternensis erga Nos, et hanc Sanctam Sedem gerere comprobantur, Nos inducit, ut eos specialis favore gratiæ prosequamur. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Consilium, et Priores, sive Conservatores, et Consilarii ejusdem Civitatis Nostræ Veliternæ, quod eorum publicum Consilium sexaginta viris constat ortis e Patriciis familiis, ex quibus plures, et præsentibus, et superioribus temporibus Fratres Milites Nobilium Equestrium Ordinum, atque etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani prodierunt. Anno autem MDCCXLVI. ob aliquarum dietarum Familiarum extinctionem eorumdem Consiliariorum numerus adeo diminutus est, ut cl. me. Thomas S. R. E. Cardinalis Rufus nuncupatus, et per id tempus Episcopus, et Governator prædictæ Veliternæ Civitatis animadvertens, quod publicis negotiis in ipsius Civitatis Consilio tractandis, et peragendis ob immixtum Consiliariorum numerum aliquod præjudicium, vel detrimentum creari posset, per suas literas Consiliariis dictæ Civitatis præcepit, ac mandavit, ut intra duorum mensium spatium tot in idem Consilium Familias ejusdem Civitatis, etsi minime Nobiles, Civiles tamen, et debitis requisitis, ac qualitatibus præditas adscriberent, et cooptarent, quot inde Consilarii eligi possent, qui necessarii essent ad complendum sexaginta Consiliariorum numerum, qui per leges municipales, sive consuetudinem, sive per ordinationes a suis prædecessoribus Governatoribus factas, sive alias constitutus, ac definitus reperiebatur.

Ne numerus sexaginta Consiliariorum Patriciæ originis deficeret in Civitate Velitri, illius pro tempore Governator, anno 1746 jussit, ut novæ Familiæ honestæ originis Patriciæ albo adscriberentur.

§. 2. Quod subinde præceptum, seu statutum hujusmodi, ac omnia deinceps illius vigore facta, et confecta, aut facienda, et conficienda ad ejusdem Episcopi, et Cardinalis supplicationem rec. mem. Benedictus XIV. Prædecessor Noster per suas literas in

Quam Governatoris resolutionem Benedictus XVI. approbavit, et jussit Consiliariorum numerum semper sexaginta esse debere, nova.

rum etiam Familiarum aggregatione, si opus fuerit.

simili forma Brevis sub die v Julii Anno MDCCXLVI. expedita, approbavit, et confirmavit, ac insuper eidem Thomæ Episcopo, et Cardinali commisit, ut suo Pontificio nomine, et Apostolica auctoritate mandaret, ac statueret, ut de cætero Consilarii Civitatis præfatæ semper sexaginta esse deberent, et eveniente alicujus ex sexaginta Consiliariis hujusmodi obitu, vel alias præscripto sexaginta Consiliariorum numero quomodocumque deficiente, intra terminum trium mensium aliquis alius Civis omnibus necessariis requisitis præditus in locum Consilarii prædefuncti, seu deficientis substitueretur, et subrogaretur; sin minus adscriptio, seu subrogatio hujusmodi ad Cardinalem Episcopum, et Governatorem pro tempore existentem ipso jure devolveretur; prout uberius in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressos, et insertos haberi volumus, continetur.

Sed extinctis postmodum quampluribus Patriis Familiis, preces pro reductione Consiliariorum ad numerum quadraginta, et prorogatione exercitii Magistraturæ de trimestre ad quadrimestre.

§. 3. Sed quoniam, ut eadem expositio subjungebat, postquam præmemoratæ literæ Benedicti Pontificis, et prædecessoris Nostri emanarunt, tresdecim Familiæ Patriciæ extinctæ sunt, et prope adest, ut viginti aliæ, ob defectum proles masculinæ, quam primum deficiant, atque extinguantur, nec fieri possit, ut, aliis Familiis in illarum locum adscriptis, et cooptatis, ex illis Cives juxta præscriptum, seu legem in prædictis literis contentam, in locum defunctorum ad retinendum sexaginta Consiliariorum constitutum numerum, necessariis requisitis ornati sufficiantur, ac subrogentur, cum hujusmodi civiles Familiæ in dicta Civitate in præsens omnino desint; adeo ut necesse foret populares, ac viles adscribere, et aggregare, non sine maxima Nobilitatis, ac splendoris Civitatis prædictæ damno, et detrimento: propterea Nobis humiliter supplicari fecerunt ut præscriptum numerum sexaginta Consiliariorum, ad quadraginta Consiliarios tantum redigere, et officium Priorum, seu Conservatorum, quod nunc a Consiliariis ad illud munus electis per trimestre geri, et administrari solet, alio mense addito ad quadrimestre tempus protrahere, atque alias in præmissis providere, et ut infra de benigntate Apostolica indulgere digneremur.

Pontifex precibus annuit, et previa moderatione literarum Benedicti XIV. Con-

§. 4. Nos igitur, qui omnes Christianifideles in visceribus charitatis complectimur, sed præcipue eos, qui temporali Nostro, et hujus Apostolicæ Se-

dis domino subditi sunt, speciali benevolentia, ac providentia intuitu respicimus, prospero Civitatis, hominumque prædictorum regimini, et gubernio quantum cum Domino possumus, providere ejusque antiquo splendori, ac decori etiam in futurum servando consulere cupientes, ac Consiliarios, hominesque prædictos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pænis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrent, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilis fratris Nostri Karoli-Alberti Guidoboni S.R.E. Cardinalis Cavalchini nuncupati Episcopi Ostiensis, et Veliternensis, et Sacri S.R.E. Cardinalium Collegii Decani, et ejusdem Civitatis Nostræ Veliternæ Governatoris, ad quem supplicem libellum hujusmodi, et preces in eo contentas expendendas, atque examinandas remissimus, consilio, ut publicum dictæ Veliternæ Civitatis Consilium, sive Senatus, quod juxta ejusdem Civitatis municipales leges, sive consuetudines, aut Ordinationes a Cardinalibus Episcopis, et Governatoribus pro tempore factas, et juxta prænominatas literas Benedicti Prædecessoris Nostri in numero sexaginta Consiliariorum nunc constitutum, ac præfinitum reperitur, in posterum ad quadraginta Consiliarios dumtaxat reducatur, et ex quadraginta viris Consiliariis compositum, et constitutum in posterum esse debeat: hujusmodi autem Consiliariorum numero quadragenario fixo, et stabilito, qui numerus etiam in aliis Nostri, et hujus Apostolicæ Sedis temporalis Status Civitatibus servatus, et retentus publicis negotiis tranctandis, expediendisque sufficiens esse censetur, Priores, seu Conservatores de more, et juxta leges municipales, aut publica statuta, aut consuetudinem deinceps electi, et in futurum eligendi, non per tres menses tantum, ut hactenus observatum est, sed per quatuor menses continuos munere suo fungantur, atque in eo gerendo perseverent atque permaneant.

§. 5. Quotiescumque autem obemite, vel deficiente aliquo ex dictis Consiliariis, vel alia quacumque de causa contigerit, ut numerus ita constitutus, ac præfinitus quadraginta Consiliariorum diminuatur, intra spatium trium

Consiliariorum numerum reducit, et exercitii Magistraturæ tempus prorogat.

Insuperque mandat ut deficientibus aliis quibus ex quadraginta intra trimestre, alia subrogandæ, et admit-

tendæ in albo
Patriciorum
sint.

mensium aliquis alius Civis omnibus per leges statutarias dictæ Civitatis, vel aliter præscriptis requisitis, et qualitatibus præditus in locum prædefuncti, seu deficientis subrogari debeat, et reipsa subrogetur, seu inter Consiliarios præfatæ Civitatis adscribatur, et cooptetur; alioquin dicto trium mensium tempore elapso, et adscriptione, sive cooptatione hujusmodi pro locis vacantibus de aliis personis a Consilio ejusque Consiliariis facienda minime sequuta, cooptatio, vel adscriptio novorum Consiliariorum in locum deficientium, seu mortuorum ad S. R. E. Cardinalem ejusdem Civitatis Episcopum, et Governatorem pro tempore existentem ipso jure pro ea tantum qualibet vice, et quoties id evenire contigerit, spectet, et spectare dignoscatur. Præterea, ut omnes, et singulæ personæ sic, ut præfertur, jam adscriptæ, et in futurum adscribendæ omnibus privilegiis, prærogativis, præeminentiis, gratiis, et honoribus, quibus veteres Consiliiarii Consilio hujusmodi tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla prorsus differentia, uti, frui, et gaudere, nec non quæcumque munera, et officia publica Civitatis prædictæ consequi, et exercere, et ad ea assumi possint, et debeant, iisdem modo, et forma, quibus veteres Consiliiarii, seu Familizæ Patritizæ illa consequuntur, atque exercent.

§. 6. Demum, ut per adscriptiones, seu cooptationes novorum Civium Consiliariorum in Consilium hujusmodi factas, seu pro tempore faciendas, nullum præjudicium, vel minimum inferri, aut illatum unquam intelligatur Nobilitati earum Familiarum, quæ de præsentibus adscriptæ reperiuntur, seu quæ Consilium hujusmodi constituunt, et ab antiquo tempore constituere pergunt, pro obtinenda earum receptione, et admissione inter Fratres Milites Ordinum, sive Militiarum Equestrium, auctoritate Apostolica tenore præsentium volumus, declaramus, præcipimus, et constituimus.

§. 7. Decernentes præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet etiam speciali nota, et expressione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea citati, vocati, et au-

diti, neque causæ, propter quas eadem præsentibus emanarunt sufficienter adductæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, legitima, et privilegiata causa, colore, et prætextu, etiam enormis, et enormissimæ læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, ac substantiali defectu notari, impugnari, retractari, aut ad terminos juris rednci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium, intentari, vel impetrari, seu impetrato, et obtento quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullatenus posse; sed ipsas præsentibus literas, et in eis contenta hujusmodi semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, præsertim supramemoratis literis Benedicti XIV prædecessoris Nostri, nec non dictæ Civitatis, illiusque Consilii etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Aprilis MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Derogatio contrariorum.

Declarat per novas adscriptiones, et aggregationes nullum præjudicium illatum censeri debere Nobilitati antiquarum Familiarum, ac inscriptioni in Militariibus Ordinibus.

Clausula sublatæ, et decretum irritans.

ANNO OCTAVO



CDLXXVIII.

Dat. die 10.
Julii 1765. An-
no VIII.

Rectori, et Decanis quatuor facultatum
Universitatis Coloniensis renovatur in-
dultum nominandi ad Canonicatus,
et Præbendas, additis specialibus de-
clarationibus, et reservationibus.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Consulibus,
et Senatui Civitatis, et Reipublicæ
Coloniensis.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Fili Nobiles Viri
salutem, et Apostolicam benedictionem

Refertur origo
hujus indulti,
ejusque pro-
gressus.

§. 1. **A**lias piæ mem. Paulo Pa-
pa V. prædecessori Nostro pro parte
Vestra exposito, quod pridem fel. rec.
Clemens Papa VIII. similiter prædeces-
sor Noster, cum accepisset, quod an-
tea rec. mem. Paulus Papa IV. etiam
prædecessor Noster certis tunc expressis
causis adductus Rectori, et Decanis qua-
tuor facultatum, videlicet Theologiæ,
Juridicæ, Medicinæ, et Artium, quæ
consistit in tribus Gymnasiis, Montano,
Laurentiano, et trium Coronarum Uni-
versitatis studii generalis Coloniensis,
consiliique illius facultatis, ex qua per-
sona nominanda esset, Apostolica au-
toritate indulserat, ut cum provisori-
bus ejusdem Universitatis personas as-
sumere possent in eadem Universitate
promotas, ac in publicis Scholis Re-
gentes, et lecturas, quas ipsi Rector,
et Decani, ac provisores præstito jura-
mento unanimi consilio illius facultatis,
in qua legerent, vel legere deberent,
ad id more solito congregati idoneas,
et Catholicas esse, ac ad laudem, et
fructum studiosorum profiteri posse co-
gnoscerent, easque dilectis filiis maio-
ris, et aliarum Ecclesiarum dictæ Ci-
vitatatis Capitulis, ad quæ Canonicatum,
et Præbendarum, in eisdem Ecclesiis
consistentium collatio, provisio, præ-
sentatio, electio, institutio, seu quæ-
vis alia dispositio communiter, vel di-
visim, aut alias quomodolibet pertine-

ret, dictæ videlicet majoris, ac S. Ge-
reonis Coloniensis ad Presbyterales tan-
tum, ad reliquos vero aliarum Eccle-
siarum Canonicatus, et Præbendas, qui
inde ad triennium tunc venturum in
singulis Martii, Julii, et Novembris
mensibus Sedi Apostolicæ per concor-
data Germaniæ cum ipsa Sede inita re-
servatis vacassent, nominare valerent
eos, ad quos illorum collatio, provisio,
præsentatio, electio, et dispositio
hujusmodi spectaret.

§. 2. Et deinde dictum triennium
semel atque iterum piæ mem. Pius Pa-
pa IV., et Pius V. etiam prædecessores
Nostri ad simile triennium proroga-
runt, et Indultum prædictum etiam
ad majorem post Pontificalem, et prin-
cipales, aliasque dignitates, personatus,
administrationes, et officia etiam cura-
ta, nec non Vicarias, et Cappellanas
perpetuas majoris Collegiatarum, alia-
rumque Ecclesiarum Coloniensis, quæ
in prædictis mensibus intra ipsum tem-
pus vacarent, ampliaverant, et succes-
sive rec. mem. Gregorius Papa XIII. si-
militer prædecessor Noster terminum a
prædicto Pio V. prædecessore proroga-
tum, vel concessum ad aliud trien-
nium primo, et subinde ad quinquen-
nium alias juxta formam literarum In-
dulti Pauli IV. prædecessoris prædicti
dumtaxat extenderat, vel etiam concesserat,
et deinde idem quinquennium
ab eo prorogatum, vel concessum, ad
aliud quinquennium ab illius fine nu-
merandum extenderat, et ampliaverat;
si vero lapsum esset novum quinquen-
nium hujusmodi, ad hoc, ut prædicto
novo quinquennio durante Rector, De-
cani, et Provisores prædicti, ab Pre-
sbyterales majoris, et S. Gereonis tan-
tum, ad omnes vero alios reliquarum
Ecclesiarum Coloniensis Canonicatus,
et Præbendas dumtaxat personas nomi-
nare possent, de novo concesserat.

§. 3. Et successive similis mem.
Sixtus Papa V. et prædecessor Noster
quinquennium ab eodem Gregorio ul-
timo prorogatum, seu concessum ad
quadriennium a fine ultimo prorogati,
seu concessi quinquenni hujusmodi in-

Quamplures
Romani Ponti-
fices iudultum
prorogarunt,
et ampliaverunt.

Sixtus V. simi-
les prorogatio-
nes concessit,
et declaravit.

choandum extenderat, et ampliaverat; si vero lapsum esset novum quadriennium hujusmodi, ad hoc ut, ipso durante, Rector, Decani, et Provisores ad Presbyterales majoris, et S. Gereonis, ad omnes vero alios reliquarum Ecclesiarum Colonienses Canonicatus, et Præbendas dumtaxat, qui interim in aliquo ex tribus mensibus prædictis extra Romanam Curiam vacarent, et alias juxta formam, et tenorem literarum Pauli prædecessoris prædicti tantum personas, ut præfertur, qualificatas nominare, et alias prout il literis dicti Pauli IV. prædecessoris contenta facere possent, indulserat, ita tamen, ut personæ sic nominatæ intra sex menses a die provisionis, collationis, seu atterius cujusvis dispositionis de dictis Canonicatibus, et Præbendis in vim nominationis hujusmodi factæ numerandos novas provisiones de eisdem Canonicatibus, et Præbendis a dicta Sede petere, et literas Apostolicas sub plumbio in totum expedire, ac jura Cameræ Apostolicæ, et aliis propterea debita persolvere omnino tenerentur, et nisi præmissa adimplerent, ipso semestre elapso iidem Canonicatus, et Præbendæ vacarent eo ipso, et sic vacantes per Sedem Apostolicam dumtaxat aliis quibusvis personis conferri libere possent.

§. 4. Volens, ut Rector, et alii hujusmodi jus nominandi habentes sive Ecclesiastici, sive laici forent, fidem Catholicam juxta articulos ab eadem Sede propositos in manibus Archiepiscopi, seu officialis Coloniensis pro tempore existentis annis singulis profiteri tenerentur, alioquin nominationes ab eis faciendæ, et inde sequuta omnia, nullius essent roboris, vel momenti, ipse etiam Clemens prædecessor, certis tum expressis de causis, tempus quadriennii per dictum Sixtum prædecessorem prorogati, seu de novo concessi, de consilio tunc existentium S. R. E. Cardinalium Congregationis Germanicæ his ad aliud quinquennium extenderat, et prorogaverat, et quatenus lapsum esset, idem indultum de novo concesserat, juxta formam literarum Pauli IV. prædecessoris prædicti, ita tamen, ut prioris Indulti hujusmodi prorogatio, seu concessio non estenderetur ad Canonicatus, et Præbendas Ecclesie Metropolitanæ, quam aliarum Ecclesiarum omnium dictæ Civitatis etiam ad alios, qui in alia, quam Coloniensi Accademia gradum suscepissent, illud extensum esse voluerat, ac extenderat, et ampliaverat, volens, et inhibens, si ali-

quis nominatus, beneficium, ad quod nominatus fuisset, resignare vellet, ne ullo modo nisi in manibus Romani Pontificis, aut Nuncii Apostolici in dicta Civitate Coloniensi pro tempore degentis hujusmodi beneficium ad favorem alterius a Rectore, et Decanis prædictis nominandi, nec per resignationem illud, nec per permutationem dimittere posset, quodque non nisi servato inter competitores concursu a Sacro Concilio Tridentino in collationibus Parochialium Ecclesiarum præscripto, ad Canonicatus, et Præbendas rescriptas nominare, et conferre deberent, ac nominantes jurare se digniorem, et ad profitendi munus magis aptum prælaturos, et vicissim eum, quem præferri contigisset, jurare se injunctum profitendi officium diligenter præstiturum.

§. 5. Deinde vero ex causis prædictis dictus Clemens prædecessor indultum hujusmodi ad aliud quinquennium iterum prorogaverat, ac extenderat, seu concesserat, decreveratque hujusmodi Canonicatus, et Præbendas non nisi personis ex aliqua ex dictis Universitatibus idoneis, quæ iurejurando ad profitendum munus diligenter se se adstringerent, dumtaxat conferri, ac Canonicatus, et Præbendas prædictas per eos hujusmodi nominationis vigore obtinendos, non nisi in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis cum specifica mentione, quod illos vigore nominationis hujusmodi consequuti essent, resignare, vel alias dimitti nullatenus possent, alioquin Canonicatus, et Præbendæ hujusmodi vacarent eo ipso, ita ut de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi posset, idem Paulus prædecessor supplicationibus vestro nomine sibi super hoc humiliter parrectis inclinatus, indultum vobis a prædicto Clemente prædecessore concessum, et desuper expeditas literas prædictas, ad aliud quinquennium a fine quinquennii ultimo dicti a Clemente prædecessore concessi computandum, auctoritate Apostolica extendit, et prorogavit, et nihilominus sine præjudicio tunc, et pro tempore existentis Archiepiscopi Coloniensis dilectis filiis Rectori, et Decanis prædictarum quatuor facultatum in dicta Universitate canonice institutarum, et consilio illius ex facultatibus hujusmodi, cujus persona juxta formam literarum Pauli IV. prædecessoris nominanda fuisset, etiam pro tempore existentibus una cum dilectis filiis provisoriibus ipsius Universitatis, ac personas in eadem Universitate promotas, ac legen-

Clemens VIII. indultum nominationis prorogavit, pecuniarumque superadditis sanctiones, quæ omnia confirmavit Paulus V.

Demandatum fuit, ut omnes quibus nominandi facultas tribueretur Catholicæ fidei professionem emittere quotannis tenerentur.

tes, et lecturas, quas ipsi Rector, et Decani, ac Provisores medio eorum juramento una cum consilio facultatis hujusmodi, in qua personæ ipsæ legerent, vel legere deberent, ad hoc more solito convocato, idoneas, et Catholicas esse, ac cum laude, et fructu inibi pro tempore studentium profiteri posse affirmarent; ita ut si controversia in nominando inter Rectorem, et Decanos, nec non Provisores, et Consilium hujusmodi exorta fuisset, ille, quem major pars votis suis præferendum putasset, præferretur, dilectis filiis Majoris, et S. Gereonis, et aliarum Ecclesiarum Capitulis, ad quæ Canonicatum, et Præbendarum in eisdem Ecclesiis consistentium collatio, provisio, præsentatio, electio, institutio, et quævis alia dispositio conjunctim, vel separatim, aut alias quomodolibet cessantibus reservationibus, et affectionibus Apostolicis, pertinebat, videlicet ad Presbyterales tantum Majoris, et S. Gereonis, ita ut nominandæ personæ, secundum eorum statuta, et privilegia eorum Capitulis concessa, ut præfertur, qualificatæ essent, ad omnes vero, et singulos alios Canonicatus, et singulas Præbendas reliquarum Ecclesiarum hujusmodi, quæ ex tunc ad quinquennium tunc proxime futurum a fine ultimi quinquennii per Clementem prædecessorem prorogati, seu concessi computandum in singulis Martii, Julii, et Novembris mensibus pro tempore vacassent, et vacare contingeret, nominare libere, et licite valerent, dicta auctoritate concessit, et indulgit.

Novas conditiones adiecit Paulus V. tam quoad nominantes, quam quoad nominatos.

§. 6. Ac statuit, et ordinavit quod si, ad quos collatio, provisio, præsentatio, electio, institutio, vel quævis alia dispositio Canonicatum, et Præbendarum hujusmodi pro tempore spectaret, Canonicatus, et Præbendas, quos personæ sic ad illos nominatæ per se, vel Procuratorem suum ab eis specialiter constitutum infra unius Mensis spatium postquam eis, vel Procuratori suo illorum vacatio innotuisset, duxissent acceptandos cum omnibus juribus, et pertinentiis suis eisdem nominatis personis conferre, et de eis etiam providere, seu ad eos illas præsentare, aut eligere, vel in iis instituere, aut alias de illis in earundem personarum nominatarum favore disponere tenerentur, quodque iis præmissa facere recusantibus, vel negligentibus, aut differentibus etiam pro tempore Abbas S. Martini Coloniensis, et Decanus Ecclesiæ Sancti Pauli Leodiensis; et qui

hæreticæ pravitatis Inquisitor in illis partibus auctoritate Apostolica deputatus existeret, Prior domus Ordinis Fratrum Prædicatorum etiam Coloniensis et eorum quilibet Canonicatus, et Præbendas sic vacantes personis ad illos, ut præfertur, nominatis pro ea vice tantum eadem auctoritate conferre, et de illis etiam providere pariter libere, et licite possent; et quod ab eisdem personis sic pro tempore nominatis in actu nominationis de eis pro tempore factæ in qua facultate, in quo Gymnasio, et qua hora illa docere, seu legere deberent, exprimeretur, et si a præmissis defecissent, post primam, et secundam nominationes eis desuper factas, a perceptione fructuum, reddituum, et proventuum Præbendarum, quas vigore nominationum, et collationum hujusmodi tunc assequuti fuissent, per Abbates, et Decanum Ecclesiæ S. Pauli Leodiensis, ac Priorem prædictos, aut aliquem ex iis ad requisitionem illis per Rectorem, et Decanos facultatum, ac Provisores Universitatis hujusmodi faciendam suspenderentur, et si suspensionem hujusmodi per Mensem animo substinuisent indurato, iisdem Præbendis ipso facto, et cum effectu privarentur, et pro privatis haberentur, et statim de illis aliis personis modo, et forma præmissis providerentur. Verum si personæ nominatæ prædictæ in aliquam suspicionem hæresis incidissent, in eas per Inquisitores hæreticæ pravitatis in illis partibus eadem auctoritate deputatos absque ulla mora inquireretur, et si illæ compertæ fuissent hæresis hujusmodi infectæ, alii Catholici ad beneficia per illos obventa simili modo nominarentur, et subinde quinquennium hujusmodi ad aliud quinquennium a fine ultimo dicti quinquennii computandum, semel, atque iterum extendit, et prorogavit, seu concessit, et indulgit.

§. 7. Postmodum autem postquam fel. rec. Gregorius Papa XV similiter prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis expedita literas, Indultum prædictum, Vobis, ut præfertur, rogatum, ac desuper confectas literas, et in eis contenta, ita tamen, ut hujusmodi Indultum Canonicatus, et Præbendas Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis minime compræhenderet, neque ad eos se extenderet, ac sine præjudicio dicti tunc, et pro tempore existentis Archiepiscopi Coloniensis, ac alias sub certis modo, et forma tunc expressis ad aliud quinquennium de

Alias indulti prorogationes concesserunt Gregorius XV, et Urbanus VIII

novo concesserat, et subinde rec. mem. Urbanus VIII pariter prædecessor Noster, attendens, quod Indultum hujusmodi per Cancellariæ Apostolicæ regulas revocatum fuerat, et sicuti eidem Urbano prædecessori tunc exponi feceratis, Causæ propter quas idem Indultum a prædicto Paulo IV primo loco concessum, et ab aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris prædictis ut supra prorogatum, et expresse de novo concessum fuerat, conservationis nimirum Catholicæ Religionis in ista Civitate Coloniensi eo usque vigeat, vosque cupiebatis ad Catholicorum virorum studia in istis partibus alenda, ac allicienda hujusmodi Indulto diutius frui posse, idem Urbanus prædecessor per alias suas in simili forma Brevis expeditas literas, Indultum prædictum vobis per dictum Gregorium prædecessorem ad quinquennium ut præfertur, de novo concessum, ac desuper confectas literas prædictas, et in eis contenta ad aliud quinquennium Apostolica auctoritate sub certis modo, et forma tunc expressis, de novo concessit, ipsumque quinquennium ad aliud pariter quinquennium et deinde secundo dictum quinquennium ad aliud similiter quinquennium extendit, et prorogavit, ac deinceps eidem Urbano prædecessori per vos exposito, seu subjuncto, quod quinquennium tunc per eum ultimo loco extensum, seu concessum brevi erat expiraturum, et Causæ propter quas Indultum hujusmodi tam a prædictis Romanis Pontificibus, quam ab eo ultimo concessum fuerat, eatenus vigeant, dictus Urbanus prædecessor Indultum prædictum per eum ultimo loco ad quinquennium, ut præfertur extensum, seu de novo concessum, ac desuper confectas literas, et in eis contenta ita tamen, ut provisiones hujusmodi, servata dictarum literarum forma fierent, ipsumque Indultum Canonicatus, et Præbendas Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis minime comprehenderet, nec ad eos se extenderet, ac alias sub certis modo, et forma etiam tunc expressis ad aliud quinquennium extendit, et prorogavit.

§. 8. Et postmodum similis rec. me. Innocentio Papæ X prædecessori etiam Nostro per vos exposito, quod causæ, propter quas Indultum hujusmodi tam ab eodem Urbano tunc novissime, quam ab aliis prædecessoribus concessum fuerat, etiam eatenus vigeant, ipse Innocentius prædecessor Indultum præ-

dictum vobis per eandem Urbanum prædecessorem ultimo loco ad quinquennium, ut præfertur, extensum, seu de novo concessum, ac desuper confectas literas, et in eis contenta sub certis pariter conditionibus, modoque et forma tunc expressis ad aliud quinquennium pariter concessit, quinquenniumque hujusmodi postmodum, ad aliud etiam quinquennium a die xx. Februarii MDCL computandum extendit, et prorogavit; ac successive similis rec. me. Alexander Papa VII etiam prædecessor Noster supplicationibus vestro nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus per ternas suas in simili forma Brevis literas, unas die xxiii. Augusti MDCLV, et alteras die vii. Januarii MDCLXI, et reliquas die xiv. Martii MDCLXIV expeditas, Indultum prædictum vobis concessum, et prorogatum, ut præfertur, sub certis modo, et forma tunc expressis, primo quidem ad quinquennium, subinde vero ad triennium, et novissime ad quadriennium; et postmodum similis rec. mem. Clemens Papa X itidem prædecessor Noster per suas pariter in forma Brevis die ix. Septembris MDCLXVIII expeditas literas idem Indultum ad quinquennium; illudque successive similis rec. mem. Clemens Papa X etiam prædecessor Noster per literas suas similiter in forma Brevis die xviii. Julii MDCLXX, et die xxvii. Junii MDCLXXV emanatas literas bis pariter ad quinquennium et similis rec. mem. Innocentius Papa XI. itidem prædecessor Noster per ternas suas etiam in forma Brevis, unas die secunda Decembris MDCLXXVIII, alteras die xxvii. Januarii MDCLXXXIV, et reliquas die xxvii. Jan. MDCLXXXIX expeditas literas ter itidem ad quinquennium, ac similis rec. mem. Innocentius Papa XII etiam prædecessor Noster per suas itidem in forma Brevis die xxix. Octobris MDCXCVIII expeditas literas itidem ad quinquennium.

§. 9. Et similis rec. mem. Clemens Papa XI etiam prædecessor Noster per binas suas pariter in forma Brevis die xix. Augusti MDCCV, et die ii. Septembris MDCCXVII emanatas literas bis quoque ad quinquennium; ac recolendæ mem. Innocentius Papa XIII prædecessor similiter Noster per suas itidem in forma Brevis die v. Septembris MDCCXXII expeditas literas pariter ad quinquennium; ac pie mem. Benedictus Papa XIII prædecessor etiam Noster per suas quoque in eadem forma Brevis die xvii. Junii MDCCXXVIII

Prorogationem
indulxerunt
etiam Clemens
XI. Innocen-
tius XIII, Be-
nedictus XIII,
Clemens XII,
et Benedi-
ctus XIV.

Itemque Inno-
centius X. Ale-
xander VIII,
Clemens IX,
Clemens X, In-
nocentius XI,
Innocentius
XII.

editas literas Indultum hujusmodi ad septennium concessit; et rec. itidem mem. Clemens Papa XII pariter prædecessor Noster per suas quoque in simili forma Brevis die xxviii Septembris MDCCXXXV editas literas Indultum hujusmodi ad quinquennium de novo concessit; ac subinde fel. rec. Benedictus XIV similiter prædecessor Noster ad septennium nempe die xxx Septembris MDCCXLI, die xxii Maii MDCCCLI, et die x Aprilis MDCCLVIII per suas Apostolicas literas Indultum prædictum concessit, et prorogavit, et alias prout in dicti Benedicti, et singulis memoratorum prædecessorum literis in prædicta forma Brevis desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Huius Pontifici preces porriguntur pro nova prorogatione eaque benigne indulgetur ad aliud septennium.

§. 10. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecistis, septennium ultimo loco a prædicto Benedicto, ut præferatur, concessum brevi expiraturum sit, causæ vero, propter quas idem Indultum per prædictos Romanos Pontifices prædecessores Nostris pluries concessum, et prorogatum respective etiam nunc vigeant, vosque propterea Indultum hujusmodi ad effectum supradictum per Nos vobis de novo concedi desideretis; Nos specialem vobis gratiam facere volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas incurrunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, Indultum prædictum vobis, sicut præmittitur, pluries concessum, et prorogatum, cum omnibus, et singulis contentis in literis prædictis, ita tamen ut Provisiones hujusmodi, servata dictarum literarum forma fiant, quacumque prætensa praxi, consuetudine, seu tollerantia contraria non obstante, quam potius abusum esse, et proinde præsens Indultum in omnibus, et per omnia juxta ejus tenorem, et proprietatem, prout verba illius sonant, et non aliter, nec alio modo servari debere decernimus, et cum hoc quod Indultum hujusmodi Canonatus, et Præbendas Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis minime compræhendat, nec ad eos se extendat, ac sine præjudicio Venerabilis Fratris moderni, et pro tempore existentis Archiepiscopi Coloniensis, nec non cum omnibus,

et singulis aliis facultatibus, concessionibus, et ordinationibus, clausulis, et decretis apposis in dictis literis, ac servata in omnibus, et per omnia eorundem literarum forma ad aliud septennium a fine ultimi dicti septennii, sicut præmittitur, prorogati, seu concessi computandum auctoritate Apostolica, tenore præsentium, de novo concedimus.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum culibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Decernentes etiam vos septennio prædicto per Nos concessio durante, hujusmodi indulto, ac desuper confectis literis prædictis libere, et licite uti posse, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Volumus autem, et eorundem tenore præsentium ordinamus, ne Ecclesiæ, in quibus personæ nominatæ hujusmodi vigore vacationum, aut collationum prædictarum eisdem Canonatus, et Præbendas obtinuerint, ob earum impedimentum in legendo debitis non fraudentur obsequiis, aut cultus Divinus in illis minuatur, et ædem personæ, si illis ea hora, qua ipsa divina Officia celebrantur, legendum fuerit, tunc per idoneos substitutos inibi deservire facere possint, et ita deserviendo pro residentibus, et inservientibus habeantur, et distributiones quotidianas lucrentur, in omnibus, et per omnia perinde ac si personaliter deservirent, diebus Dominicis, et Festis principalioribus, videlicet Domini Nostri Jesu Christi, ac Gloriosissimæ Virginis, et Beatorum Apostolorum, et in quorum honore dedicatæ sunt Ecclesiæ prædictæ, aliorumque Sanctorum, quorum dies in singulis eisdem Ecclesiis solemnes, et celebres habentur, exceptis, quibus eis non per substitutos, sed per se ipsos personaliter deservire teneantur: quodque hujusmodi Canonatus, et Præbendæ personis ad profitendum in aliqua ex dictis Universitatibus idoneis repertis, quæ jurejurando ad profitendi munus diligenter, ac immediate post Canonatus, et Præ-

Novæ conditiones adijciuntur in hac postrema prorogatione.

bendæ adeptionem exercendum se adstringant, dumtaxat conferantur, illorumque singulis assignentur Cathedræ, in quibus actu legere possint in ea facultate, quæ eis in actu eorum nominationis hujusmodi per Rectorem, Decanos, et Provisorem supradictos destinatæ fuerint, ita ut si aliqua ex dictis personis per tres menses continuos absque legitima causa a Rectore, et Provisoribus prædictis approbata a legendo cessaverit, pœnam privationis Canonatus, et Præbendæ per eam vigore nominationis prædictæ obtentorum alteri personæ idoneæ modo præmisso conferendorum, eo ipso absque ulla declaratione incurrat; cæterum ædem personæ prædictos Canonatus, et Præbendas non nisi in manibus Nostris, et pro tempore existentis Romani Pontificis cum specifica mentione, quod illos vigore memoratæ nominationis consecutæ fuerint, nec nisi ad favorem personarum juxta Statuta, et Indulta dictæ Universitatis Coloniensis qualificatarum, et alias bonum testimonium a Rectore, et Provisoribus supradictis habentium resignare, aut alias dimittere nullatenus possint, alioquin Canonatus, et Præbendæ hujusmodi vacent eo ipso, ita ut de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi possit, ipsæque personæ sic nominatæ intra ses menses a die collationis, et provisionis, aut cujusvis alterius dispositionis de Canonatibus, et Præbendis, ad quos illos nominare contigerit, sibi faciendum, ut præfertur, novas provisiones super illis a Sede prædicta impetrare, ac literas Apostolicas desuper in totum expedire, ac jura Cameræ Apostolicæ, et aliis propterea delibata omnino persolvere teneantur, alioquin dictis sex mensibus elapsis, provisi eorundem Canonatuum, et Præbendarum fructus interea suos non faciant, sed illi ad Metropolitanam Ecclesiam Coloniensem, ejusque Capitulum pertineant, ac in commodum, et utilitatem ipsius Metropolitanæ Ecclesiæ applicari debeant; Canonatus vero, et Præbendæ hujusmodi vacare censeantur eo ipso, possintque per alios ab eadem Sede dumtaxat libere impetrari, et impetrantibus suffragetur, ac competat via executiva, ejusque robor, et effectus, perinde ac si Canonatus, et Præbendæ prædictæ per obitum apud Sedem prædictam vacavissent, et de illis sic per obitum vacantibus ab eadem Sede eisdem impetrantibus provisum fuisset.

Bull. Rom. Tom. III.

§. 15. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum prædictarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, et Capitulis sub quibuscumque tenoribus, formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis mentio facta fuisset, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die x. Julii MDCCLXV. Pontificatus Nostro Anno septimo.

Derogatio contrariorum.

CDLXXIX.

Dat. die 10. Julii 1765. Anno VIII.

Dolet quod in Hispania paretur lex, qua interdicitur Ecclesiis, futuris facultatibus ditari

Carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Filii Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. **M**agnam Nobis molestiam gravis quædam attulit fama, nunc apud Majestatem tuam id agi, ut legem feras, ne cui liceat in posterum Regiæ ditioni tuæ subjecti bonorum suorum quovis titulo ad Ecclesiam transferre. Qua lege novissime in quibusdam Regionibus lata, non modo vehementer dolemus, Ecclesiæ miseram conditionem quæ in tantam venerit contumeliam, ut contra omne jus et fas a Fidelium liberalitate excludatur, unde iniquum esset vel vilissimum quemquam excludi,

Quantum a justitia alienum sit demonstrat Ecclesiasticas largitiones prohibere.

sed etiam de spirituali eorum pernicie gravissimæ angimur, tum qui ejus legis suosores fuerunt, tum qui conditores.

Adeoque hortatur ab hujus legis condendæ proposito desistat, per quam omne damnorum nullam vero utilitatem est consequuturus

§. 2. Itaque pro Apostolico munere divinitus Nobis imposito, ac pro paterna Nostra, qua Regiam Majestatem tuam complectimur charitate id velimus consideres, quam tibi tuæque animæ saluti male consulant ij, qui te ad ejusmodi injustam et Ecclesiæ injuriosam legem impellunt; nam quod Majestati tuæ in hac re aliorum deteriora proponunt exempla non putamus te quid hic vel ille fecerit, sed quid facere debuisset, respicere. Quovis enim exemplo non dubitamus normam illam justitiæ et æquitatis fore tibi potiorem, ad quam in timore Domini usque ad hanc diem magna Religionis ac pietatis tuæ laude actiones tuas exegisti. Vides carissime in Christo Fili Noster ea lege cum Ecclesia pejus agi, quam cum nullius muneris hominibus, quorum neminem quantumvis vilissimum lex ulla prohibet amplioribus facultatibus augeri. Vides ea lege, fidelibus objici impedimentum, quo minus in posterum cum mortalitatem expleverint, animarum suarum quieti provideant. Vides etiam eandem legem non eum quo tendit consequi finem; et ea lata non plus ad Ærarium tuum argenti perventurum.

Præcedentes pactiones inter Sanctam Sedem, et Regem Catholicum commemorat.

§. 3. Nam in pactionibus cum gloriosæ memoriæ Rege Philippo patre tuo confectis, quæ bona ad Ecclesiæ dominium in posterum transferri contingat convenit inter illum Principem, et hanc Apostolicam Sedem, ut æque ac si essent in manu Laicorum Regi esse debeant vectigalia. Nulla igitur inest huic legi æquitas, nullum inde laicis vectigalium aut tributorum levamentum; nec quidquam aliud ex ea efficitur, quam ut Ecclesiæ minus fuisse benevolens videre, cui tamen usque adhuc fuisse te benevolentissimum tua omnia erga eam studia, et officia declarant. Has aliasque plures rationes non dubitamus præ oculis habituros Consiliarios tuos, quibus hanc rem examinandam commisisti. Religionis, pietati et egregio æquissimorum virorum in justitiam studio et amore freti, multo vero maxime tua, carissime in Christo Fili Noster, sapientia, et virtute præclaraque voluntate, qua certum semper tibi fuit, omnia æternæ salutis tuæ possidere, confissi, futuram speramus, et ejus legis condendæ Regia Majestas tua consilium omne denique abijciat

tibique carissime in Christo Fili Noster, Regiæque Familis tuæ universæ, intimo nostri Cordis affectu Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die x. Julii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Octavo

CDLXXX.

Dat. die 10. Julii 1765. Anno VIII.

Pampilonensi Episcopo pro confirmato Instituto Societatis Jesu gratulanti, ejusdem Societatis laudes exprimit, et utilitatem Catholicæ Religionis derivantem

De hac ipsa Societatis Jesu confirmatione videnda est Epistola relata hoc Tom. III. sub. Num. CDLXIX. pagina 72.

Venerabili fratri Gaspari Episcopo Pampilonensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Scribis, Constitutionem Nostram, qua pium Societatis Jesu confirmavimus Institutum, sanasse vulnera, quæ per tot annos ab hæreticis, et hæresis fautoribus Ordo ille Religiosus accepit. Id vero est quod maxime cupimus, et a Deo enixe precamur. Gratam autem Constitutionem illam accidisse Fraternitati tuæ et bonis omnibus, qui satis cognoscunt, quantas Ecclesia e suo illo Instituto utilitates capiat, magnopere lætamur. Multas quidem illi Societati, quas ex vero traxisti, laudes in tuis litteris tribuis: sed illud laudandum in primis quod Religiosi Viri ita tulerint contumelias, et maledicta, quæ in eos inimicorum, seu potius Apostolicæ Sedis hostium malevolentia congescit, ut singulare Christianæ patientiæ omnibus præbuerint exemplum, optandumque, ut quo robore animi has sustinuerunt injurias, eadem firmitudine atque constantia ea munera in sanctificandis fidelibus perpetuo exequantur, quæ pium ejusdem Societatis Institutum præscribit. Ea implevisse hactenus, et implere testimonium Nobis literæ Fraternitatis tuæ, futurumque speramus in Domino, ut numquam eorum studia in ex-

colenda vinea Domini relanguescant. Tibique Venerabilis Frater, eximiae erga te benevolentiae Nostrae pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die x. Julii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Dat. die 10.
Julii 1765. An-
no VIII.

CDLXXXI.

De eodem argumento agit cum Episcopo Oscensi

Vide Epistolam superiori numero relatum, et adnotationem in eo appositam

Venerabili Fratri Antonio
Episcopo Oscensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **Q**uod Institutum Societatis Jesu Constitutione edita confirmavimus, ita Nobis gratias agis, ut id in privati erga te propemodum beneficii loco possis videaris. Quidquid enim ad Ecclesiae rem pertinet, id arbitraris tua maxime interesse. E Clericis autem Regularibus Societatis Jesu magnas Ecclesiam capere utilitates, tecum boni omnes, ac fere omnes Episcopi existimant. Itaque non mediocriter Nos delectaverunt, literae tuae, quae Nobis denunciant tuam omniumque, qui isthuc veritatis, et justitiae amore tanguntur, ex ea Constitutione consolationem atque laetitiam. Optamus, ut memorati Clerici Regulares, Apostolico testimonio Nostro, et judicio adjuti, quiete et tranquille vacare possint in posterum iis muneribus quae ad sanctificandas Fidelium animas cuique pium illud Institutum proficere inveniuntur; supervacaneum ducimus Fraternitati tuae illos commendare, quos ex tuis literis cognoscimus tibi esse commendatissimos. Tibique Venerabilis Frater eximiae erga te benevolentiae Nostrae pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem die x. Julii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno octavo.

CDXXXII.

Dat. die 8. Se-
pt. 1765. An-
no VIII.

Facultatem impertitur Catholico Regi nominandi ad Prioratum Castellae et Legionis Hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Carissimo in Christo filio Nostro Karolo Hispaniarum Regi Catholico.

Clemens Papa XIII.

Dilectissime in Christo fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. **E**gregia, et toto orbi diu spectata in Nos, et hanc Sanctam Sedem devotio, aliaque Catholici cognomine optimo jure insigniti Regis praecleara merita, quibus personam tuam Altissimus multipliciter insignivit, plane exigunt, ut illi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque sicut Majestatis tuae nomine Nobis nuper expositum fuit, Prioratus Castellae, et Legionis Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani per obitum hodie: Philippi Infantis Hispaniarum vacaverit, et adhuc vacet de praesenti. Tu vero ad Prioratum praefatum praemisso, vel alio quovis modo, ex cujuscumque alterius persona vacantem, unum ex tuis Principibus Infantibus legitimis, et naturalibus nominare posse plurimum desideras.

Preces porrectae ab Catholico Rege pro collatione hujus Prioratus alicui ex Regis Infantibus.

§. 2. Nos votis tuis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem Majestati tuae, ut unum ex tuis Principibus Infantibus legitimis, et naturalibus, tametsi ipse, nec in legitima aetate constitutus, nec in Fratrem Militem Prioratus, et Hospitalis praefatorum receptus sit, nec habitum per Fratres Milites ejusdem Hospitalis gestari solitum susceperit, neque professionem per eosdem emitti consuetam emisit regularem, nec residentiam conventualem, ac caravanas in Triremibus Hospitalis hujusmodi ad id praescriptas fecerit, minusque antianitate, benemerentia, aliisque nullis per statuta, seu stabilimenta, et ordinationes Capitulares dicti Hospitalis Apostolica auctoritate confirmata, requisitis qualitatibus praeditus existat, nec non habitum aurei velleris, et Sancti Joannarii Militiarum ex indulto Sedis Apostolicae gestet, nihilominus ad Prioratum Castellae, et Legionis, sicut praec-

Petitam facultatem Pontifex indulget, et nonnullas imperitur derogationes.

mittitur, vacantem, dummodo dilecti filii Magni Magistri et Conventus dicti Hospitalis ad id accedat consensus nominare, libere, et licite possis, et valeas; ipsique Infanti sic nominando ex tunc, prout postquam nominatus fuerit, ut habitum prædicti Hospitalis nunc cum magna Cruce ab aliquo ejusdem Hospitalis Præceptore, seu Commendatario, aut Priore, vel Bajulivo suscipere, et professionem per ejusdem Hospitalis Fratres Milites emitti consuetam suo tempore expresse emittere regulares, dictoque, seu alio Præceptori, seu Commendatario, aut Priori, vel Bajulivo, ut Infanti nominando hujusmodi habitum prædictum exhibere, et ab eo professionem Magni Magistri dicti Hospitalis nomine debito tempore recipere libere, et licite respective possint, et valeant, plenam, et amplam facultatem auctoritate Apostolica concedimus, et impertimur.

Infanti ad Prioratum nominando facultatem facit capiendi possessionem bonorum, et percipiendi redditus.

§. 3. Præterea eidem Infanti, sicut præfertur nominando postquam nominatus fuerit, ut cæteris omnibus antianis, aut aliis etiam similem, vel dissimilem gratiam etiam per Sedem Apostolicam confirmatam, et aliarum subsequentium quarumcumque hujusmodi gratiarum revocatoriam a dicto Magno Magistro, ac etiam Consilio, et Capitulo generali dicti Hospitalis, aut alias quomodocumque obtinentibus prorsus exclusis, corporalem possessionem dicti Prioratus, ejusque membrorum, et annexorum, nec non honorum, jurisdictionum, et actionum omnium, et quorumcumque per se, vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere, et retinere, eorumque elapso tamen tempore mortuarii, et vacantis, fructus, redditus, et proventus salvos tamen, et reservatos omnibus, et quibusvis juribus communi Erario dicti Hospitalis quomodocumque debitis, et debendis, ac quovis modo impositis, et imponendis, etiamsi specialiter et nominatim exprimendi essent, percipere, exigere, et levare libere, et licite possit, et valeat, auctoritate præfata, earumdem tenore præsentium, dummodo expressus dictorum Magni Magistri, et Conventus ad id accedat assensus concedimus, et indulgemus.

Nec non concedit ut per Locumtenentem a Catholico Rege deputandum, Prioratus administrationem exercere possit.

§. 4. Præterea eidem Majestati tuæ quod tu aliquem dicti Hospitalis Fratrem Militem tibi benevisum, qui donec Infans hujusmodi ad ætatem legitimam pervenerit loco, et nomine Infantis hujusmodi nominandi jurisdictionem ad dictum Prioratum spectantem

exerceat, et admistret, ac tanquam Prioris dicti Prioratus Locumtenens capitula, et assembleas teneat, et Ministros, aliosque necessarios pro administratione rerum, ac reddituum ejusdem Prioratus eligat, nominare libere similiter, et licite possis, et valeas auctoritate, et tenore præsentium concedimus pariter, et indulgemus, omnibusque antianis, et aliis prædictis, ac cæteris in præmissis prætendentibus et futuris, ne præmissorum, aut alio quocumque prætextu Infantem prædictum molestare, aut impedire audeant quoquo modo inhibemus.

§. 5. Decernentes ita per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, dictique Hospitalis Magnum Magistrum, ac Conventum, et Fratres, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis Constitutionibus, nec non de electionibus, et quibusvis aliis dicti Hospitalis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilitis, usibus, et naturis, et ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, illi ac prædicto Magno Magistro Conventui, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, seu personis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, etiam illis, quibus cavere dicitur expresse, quod hujusmodi gratia non nisi in Capitulo generali dicti Hospitalis, ac magis antianis Fratribus Militibus; aliisque certo modo qualificatis concedi possint, et alias quomodocumque disponentibus; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis specialis mentio facta fuisset, seu quævis alia expressio, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II. Septembris MDCCLXV. Pontificatus Nostri anno Octavo.

Derogatio contrariorum.

CDLXXXIII.

Confraternitatem sub titulo Adorationis perpetuæ, et orationis SSm̃i Sacramenti ab Episcopo Laodiensi erectam confirmatur, eidemque quamplures Indulgentiæ elargiuntur.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Dat. die 4. Septembris. 1763. Ann. VIII.

Preces porrectæ pro nova instituta Confraternitatis approbatione.

§. 1. **D**undum exponi fecit Nobis Ven. Frater Carolus Episcopus Laodiensis non sua modo pietate se impulsurum, sed Cleri etiam et populi totiusque suæ Diœcesis in Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum eximio cultu, et præclara devotione excitatum; novam quamdam utriusque sexus Christifidelium Confraternitatem sub titulo Adorationis perpetuæ, et Orationis SSm̃i Sacramenti canonice erexisse; supplicesque Nobis præces exhibuit, ut quo foveatur in suo populo, et amplifictur ejusmodi perpetuæ adorationis, et Orationis SSm̃æ Eucharistiæ non satis laudanda devotio, promoveaturque hoc etiam adjumento salus animarum, auctoritate Nostra Confraternitatem prædictam pro Civitate, Patria, et Diœcesi Laodiensi omnibusque in ea adscribi violentibus confirmari, atque eandem alteri Confraternitati SSm̃i Sacramenti in Collegiata insigni S. Martini Civitatis Laodiensis, quæ Archiconfraternitati SSm̃i Sacramenti Urbis est aggregata unire, ipsiusque Confratribus et Consororibus easdem indulgentias, quibus eadem illæ Confraternitates SSm̃i Sacramenti fruuntur elargiri Apostolica benignitate dignaremur.

Pontifex devoto erectam Confraternitatem confirmat, illamque alteri jam erectæ in Collegiata Ecclesia S. Martini Civitatis Laodiensis unit, indulgentiasque huic concessas participat.

§. 2. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordiâ, et BB. Petri, et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, Confraternitatem a prædicto Ven. Fratre Carolo Episcopo Laodiensi erectam pro Oratione perpetua in qualibet diei hora ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pro Civitate, Patria, et Diœcesi Laodiensi, omnibusque in ea abscribi violentibus confirmamus, eamque motu proprio alteri Confraternitate Sanctissimi Sacramenti in Collegiata insigni Sancti Martini ejusdem Civitatis Laodiensis ab anno MDLXXV erectæ, et Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti Urbis aggregatæ unimus, et omnes et singulas indulgentias, qui-

bus Archiconfraternitas prædicta Urbis gaudet communicamus. Ac insuper easdem omnes et singulas Indulgentias quibus aliæ Confraternitates pro perpetua SSm̃i Eucharistiæ Sacramenti adoratione institutæ fruuntur, clementer elargimur; omnibus vero dictæ Confraternitatis, ut supra erectæ Confratribus et Consororibus per integram horam ante Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum pie orantibus Indulgentiam Plenariam semel in mense concedimus.

§. 3. Item ex speciali gratia eisdem Confratribus et Consororibus vere penitentibus, confessis ac Sacra Communionem refectis, et juxta mentem Nostram per aliquod temporis spatium orantibus, Indulgentiam plenariam in Dominica infra octavam SSm̃i Corporis Christi, in Dominica infra octavam omnium Sanctorum, et in Festo Epiphaniæ, in prima Dominica Quadragesimæ, et prima Dominica Maij, et in quatuor Festivitatibus infra annum ab eodem Fratre Episcopo Laodiensi designandis impertimur, atque omnes et singulas Indulgentias, quas valere volumus perpetuis futuris temporibus, animabus fidelium defunctorum applicari posse concedimus et indulgemus, Non obstantibus Nostra, et Cancellariæ Nostræ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis, quibuscumque. Volumus autem ut earundem præsentium literarum transumptis seu exemplis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur iisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV Septembris MDCCLXV Pontificatus Nostri anno octavo.

Insuper quoniam spaciales indulgentias concedit.



Dat. die 4 Septembris 1765.
Ann. VIII.

CDLXXXIV.

De confirmato Instituto Societatis Jesu agit cum Episcopo Civitatenſi, cauſas hujus confirmationis indigitat, et ſequutas utilitates cum gaudio exprimit.

Vide Epistolam ſupra relatam ſub Num. CDLXXXI et adnotationem eidem appositam.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater ſalutem,
et Apoſtolicam benedictionem

§. 1. **P**erquam grata Nobis fuit ex tuis literis perſucunda lætitia tua tuique gratulatio de Constitutione Noſtra ſub initium hujus anni edita, qua pium Societatis Jeſu Inſtitutum, compſurium recolendæ memoriæ Romanorum Pontificum prædeceſſorum Noſtrorum ſequuti judicium, laudavimus, ac denuo confirmavimus. Retundenda omnino fuerunt tela illa, quibus Eccleſiæ hoſtes per latus Societatis Jeſu ſauciare conati ſunt Apoſtolicam Sedem. Deoque gratulandum Constitutione illa in dies fieri labetiora, ſiquidem, quos ſimpliciore ingenio præditos maledicorum hominum improbitas a recta, cui adhærebant Apoſtolicæ hujus Sedis, et Eccleſiæ de Inſtituto Societatis Jeſu ſententia dimoverat, eos ex plurimorum Venerabilium Fratrum literis intelleximus, ubi primam ea de re Apoſtolicam Noſtram emisimus vocem, ſenſiſſe tandem ſe fuiſſe deceptas. Magnæ itidem Deo agendæ ſunt gratiæ, quod Clerici Regulares Societatis Jeſu, Majorum ſuorum etiam nunc premedo veſtigia, non tam Constitutione Noſtra quam vitæ integritate flagrantique Chriſtianæ pietatis ſtudio, et Inſtituti ſui muneribus, et officiis fideliter exequendis ſe, famamque ſuam tueantur. Et Fraternitati tuæ, Apoſtolicam benedictionem, eximiæ erga te benevolentię Noſtræ pignus, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die iv. Septembris MDCCLXV. Pontificatus noſtri Anno Octavo.



CDLXXXV.

Dat. die 4
Sept. 1765.
Anno VIII.

Episcopo Santonensi facultatem concedit dispensandi in Matrimonii super impedimenti criminis, et publicæ honestatis, nec non in quibusdam gradibus consanguinitatis, et affinitatis.

Venerabili Fratri Germano Episcopo
Santonensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater ſalutem,
et Apoſtolicam benedictionem

§. 1. **F**acultatem a Nobis postulat Fraternitas tua dispensandi super impedimento criminis itidemque super impedimento publicæ honestatis, pariterque dispensandi in secundo et tertio gradu mixto, et tertio simplici consanguinitatis et affinitatis in matrimonio cum Hæreticis postea ad Catholicam fidem conversis dispensandi in secundo simplici. Nos hanc rem cognoscendam dedimus Congregationi. S. Officij cujus consilio Fraternitati tuæ mitimus formulam decimam, quæ omnibus Gallicanis Episcopis mitti solet. Eandem jam ab anno MDCCXLVII. ad triennium ho. me. Simon Petrus Santonensis Episcopus prædeceſſor tuus, obtinuit, ac ſubinde eadem illi facultates ſunt prorogatæ. Ea formula, ut vides Ven. Frater facultates continet, quas requiris dispensandi ſuper impedimento criminis et publicæ honestatis. Dispensationes vero, quæ ad matrimonium pertinent, intra fines continentur tertii et quarti gradus, ſimplicis et mixti consanguinitatis et affinitatis. Quod autem ſcribis ex antiqua Sedis Santonensis conſuetudine licere tibi in tertio et quarto, et quarto ſimplici diſpensare, veremur ne hac quam habere putas uſus ſis facultate. Idcirco, ſi quæ matrimonia cum ea diſpensatione contracta fuerint, ea in radice ſanamus; quod tamen ad avertenda quæ oriri poſſent ſcandala, ſi ad notiſſiam hominum perveniret, jubemus altiſſimo premi ſilentio. Et eximiæ benevolentię in te Noſtræ pignus, Apoſtolicam benedictionem Fraternitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die iv. Septembri MDCCLXV. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.